DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA, DE PRÆLATIONE IN REBUS ALIENATIS EX JURE RETRACTUS, PRÆCIPUE JUXTA CONSUETUDINES FULDENSES CONSIDERATI.

QUAM
SOLO DEO PRÆSIDE,
EX INDULTU
INCLUTI ORDINIS JURISCONSULTORUM,
EXAMINI
EXCELLENTISSIMOR. DNN.
PROFESSORUM
IN CELEBERRIMA LUDOVICIANA
PRO OBTINENDIS
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
sistit
D. VI. Julii MDCCXII.

CAROLUS JOSEPHUS WELLE,
FULDENSIS.

GISSÆ, Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.

26.

20

PRÆFATIO
AD
BENEVOLUM LECTOREM.

EX historiis tam Ecclesiasticis quam profanis à mundo condito ad nostra usque, ferrea & verè ferrea sæcula fuisse edocemur, suum quodq; tempus etiam quodammodo habuisse genium. Sic ætates quædam in aurea pace lucidissimæ, quædam armis exercitatissimæ, aliæ in furta, rapinas, latrocinia, &, quidquid sceleris excogitari potuit, addictissimæ; qualiter jam pridem descripsit Ovid. Metamorph. Primo.

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est,
Imminet exitio vir Conjugis, illa mariti;
Lucida terribiles miscent aconita novercæ,
Filius antè diem patrios inquirit in annos,
Victa jacet pietas, &c.

Modò pax & justitia se invicem osculatæ sunt, populorum rerumque publicarum perpetuum amoris fœdus compositum videbatur, ut iterum canit Ovid. inter alia:

Non galeæ, non ensis erat, sine militis usu
Mollia securæ peragebant ocia gentes.

Modò in barbariem omneque vitiorum genus relapsa ætas, eôdem Poëta teste:

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas: fugêre pudor, verumque fidesque,
In quorum ſubiere locum fraudesque dolique,
Inſidiæque & vis, & amor ſceleratus habendi.

Dum Græcia floruit, ubi major artium & politiæ vis? Ubi politior Eloquentia? Ubi major canendi ſuavitas? Ubi artificibus melior dexteritas? Lapidibus certè aut metallis hominũ aliorumque animalium animæ infuſæ credebantur. Devoluta autem in exteras Regiones hac felicitate, nihil præter ſuperiorum temporum memoriam remanſiſſe reperimus. Poſt Græcos Romani mera produxerunt miracula; in Diſciplina militari fortiſſimos ac exexpertiſſimos Camillos, Fabios, Scipiones, & invictiſſimos Cæſares, in arte Rhetoricâ excellentiſſimos Tullios, in facultate Poëtica eminentiores Virgilios & Naſones. Sed quis ignorat, denique etiam cum Imperio omne Romanorum robur atque decus concidiſſe? Quid de noſtra Germania dicendum, quæ horrida olim ac inculta noſtra ætate tanquam ex equo Trojano fortiſſimos produxit Heroes, Alexandros felicibus armis, Philippos in civilitate, Julios Cæſares in victoriis non ſolum adæquantes, verùm & ſuperantes. In togatâ militiâ quanta non Clariſſimorum & Excellentiſſimorum Virorum prælucet copia, ut etiam ſtellarum numerum ferè ſuperare videatur. Tantam ſeculorum mutationem, ætatum metamorphoſim non aliundè quam à ſuâ cujusque indole provenire neceſſum eſt. Hominum hodiè ingenia atque ſtudia magis exculta videmus, imò inventa noſtra majorum inventis anteferenda. Bodin. *Methed. hiſtor. cap. 7.* Undè & bella ingenioſiùs vel inferuntur vel repelluntur, artificiorumque culturæ multo præſtantius tractantur. Græciam novitatibus olim addictiſſimam ecquis neſcit? *O Solon! Solon!* exclamat Ægyptius ſacerdos apud Platonem: *Vos Græci ſemper eſtis pueri, nulla apud vos cana diſciplina, nullam penitùs in animis antiquam habetis opinionem.* Ad

Titum

Titum I, 12. invenitur; Cretenses semper mendaces, malas bestias, ventres pigros ab Epimenede dictos, id quod comprobat B. Apostolus Paulus. Comici Phryges pigros traducunt; Sallustius vanos Mauros & feroces Dalmatos accusat; Lacedæmonii & Ægyptii furtis nutriri voluêre, Cilices autem ex rapto tantum; apud Persas matribus & filiabus sine discrimine misceri juris erat; multa prætereà alia apud varios populos permissa, quæ in aliis regionibus severissimis pœnis vindicabantur. Certum est, quod unumquodque territorium proprii quid & differens ab aliis habeat, & quod una provincia homines corpore robustiores, ingenio acutiores producat, quàm alia, alia vicissim debiliores & minus habiles ad laborandum. In Europa Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Britannis ac aliis suæ quæque virtutes & vitia diversa objiciuntur. *Populi Septentrionales* (inquit Campanella, de Monarchia Hispanica, cap. XXVII.) *animosi sunt citra omnem astutiam, meridionales contra astuti & subtiles, sed meticulosi sunt. Septentrionales convenientem cum animis corporum dispositionem habent, magni scilicet sunt & crassi; sanguineque ac vigore repleti, meridionales contra subtiles ac sicci, fugæ aptiores, quam pugnæ [illegible]tariæ. Illi animo non fucato & simplici sunt: isti moribus subdolis & malitiosi sunt, illi leones, hi vulpis pellem induunt; illi lenti, sed constantes in suis actionibus, hi verò impetuosi & leves sunt; illi hilares sunt, isti melancholici. Illi Baccho, hi Veneri indulgent. Illi magnanimi, hi vecordes: illi per licentiam effusi, hi restricti sunt. Huc usque Campan.* Quæ utut ita se habeant, negari tamen non potest, nationum virtutes ac vitia non tàm in solo patrio, quàm in animo residere, cui hominum sensus inhærent, ita ut affectus varii ex iis resultent, atque hinc utplurimum universus orbis animum in hominibus, non patriam æstimat. Inde tam hominis nobilitas quam vilitas certo argumento ex loco haud potest concludi,

ita ut quis vel virtuosus vel vitiosus, scientiarum capax vel incapax sit. Audiamus iterum Ovidium, qui Fast. 1. dicit:

Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,
Et volucri vacuô quidquid in orbe patet.

Potest quidam in nobilissimâ civitate natus optimam habuisse educationem, nihilominus ita degenerare, ut omnium vitionem genere imbutus procedat. In primis nostris parentibus Adamum extra paradisum, Evam in illo à Deo formatam scimus, sed quis nobiliorem & meliorem Evam autumat? „*Adverte, inquit* S. Ambros. lib. de Paradiso cap. 4. *adverte,* „*quod extra paradisum vir factus & mulier in paradiso, ut* „*advertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute* „*unusquisque gratiam sibi conciliet.* Nam extrà Paradisum, „hoc est in inferiori loco, vir melior invenitur, & illa, quæ in „meliori, qui paradisus, facta est, inferior reperitur. Seneca, in Epist. LXVII. inquit: *ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere posse.* Quâ de re non semper à loco, patriâ, & parentibus argumentari licet, dum

sæpe creat molles aspere spina rosas.

Ovid. de Pont. II. Eleg. 2. Quamvis autem ex indole affectus promanent, attamen sæpiusculè in nobis defectus sunt, quibus inhærere minime oportebit. Multoties miramur magis quàm contemplamur quarundam Provinciarum à majoribus nostris ad nos usque emanatas Leges, & de manu in manum quasi traditas Consuetudines, quæ primâ fronte inconvenientes, non dicam irrationabiles, nobis videntur; ubi autem rem rectius expenderimus, utilitatem earum cum salute Reipublicæ maxima conjunctam inveniemus. Nihil enim inconvenientius unquam visum, quam statim ea condemnare, quæ nunquam rectè vel vidimus vel audivimus. Tandem fit, ut mediante tempore iis adsuescamur, quibus non tàm ex culpâ, quàm inscitiâ nostrâ primò repudium dedimus. Plerumque levi primum

suspi-

ſuſpicione movemur, quaſi omnia injuſtè fiant, mox etiam vehementiori ſuſpicione augmentum addimus; & tandem tamen ſuccedit plena perſuaſio de rei bonitate, ac firmus aſſenſus. Exſpectanda ergò ſunt alia atque alia veritatis adminicula, & circumſtantiarum indicia, priusquam ad damnatoria judicia deſcendimus. Huic ad obviandum ſapientiſſimè Pythagoras (qui ad occultandam ſuam doctrinam variis uſus ſymbolis) inter alia monuit: Coronam ne carpas! quô haud dubie indicare voluit: Legibus ſeu Conſuetudinibus nullam faciendam violentiam, queîs murorum ad inſtar reſpublicæ circumdantur & conſervantur. Charondas, Sibaritarum Legislator, quem Claudius Marius Siclienſibus Leges ſcripſiſſe dicit, inter cætera ſtatuit, juxta Diodorum Siculum: *Quicunque Legem abrogare ſive propriâ voluntate, ſive neceſſitate etiam poſtulante, voluerit, laqueus ei è collo pendulus ſit, taliterque ſeſe Senatui populoque præſentet, atque indicet, hanc legem ſibi corrigendam aut omninò tollendam videri. Quod ſi correctionem vel abrogationem per ſuffragia publica obtinuerit, liberandus, ſin verò Lex magis confirmanda videbitur, ſubito ſtrangulandus.* Tanta fuit apud Veteres Legum Conſuetudinumvè bonarum obſervandarum ratio, ut etiam neceſſitatem, quæ aliàs legem nullam habet, eidem poſtponere ſtuduerint. *Semper*, inquit Cicero III. Offic. *tempore fit, ut quod plerumque turpè haberi ſoleat, inveniatur non eſſe turpè*; & alibi II. de Invent. *in omnibus, quid tempora petant, aut quid perſonis dignum ſit, ſemper conſiderandum eſt.* Sed quis non animadvertit, naturam quotidie deproperare novas rerum edere formas? Multas leges Juſtinianeas tot ſæcula abhinc elapſa (præſertim totius veteris Romani Imperii hodiè immutatâ facie) in deſuetudinem detruſêre; indè in unaquaque Regione aut Provinciâ, populum iis uti, ſivè veſtium formam, ſivè novos mores, ſivè Leges & Conſuetudines ſpectes, quæ non tam

naturæ

naturæ ſuæ, quam loco, in quo habitant, convenientiores ſunt, obſervamus; indè miniſtrorum conſilia temporum quoque conditioni correſpondeant. Machiavellus, *de Principe. cap. XXV.* & leges latæ, ſi tractu temporis præjudicent, leges eſſe deſinunt. *Wilh. Ignat. Schütz. in ſuis Reflexionibus Politico-conſolatoriis. cap. II. n.*18. Quâ de re ſi ex evidenti Reipubl. utilitate aliqua in meliorem modũ & ordinem redigenda, vel omnino tollenda, ac nova inducenda, ſaluti univerſorum correſpondere oportebit: atque hinc omnia, quoad perſonas, res, leges & actiones temporibus ſubjecta eſſe quis ſanus non videt? Leges olim Germanos, Majores noſtros, non adeò curaſſe ex comperto habemus. Magis enim bonis moribus, quàm gentes aliæ bonis legibus vivere voluerunt. Vid. Tacitum *L. II. Annal. cap.* 10. *n.* 6. Schweder. *J. publ. part. general. cap.* 4. *n.* 4. Petr. Heigium, *part.* 1. *q.* 7. *n.* 26. Quâ de cauſâ multas adhuc dum hodie in universâ Germaniâ modò generales, modò ſpeciales cujusque provinciæ reperimus Conſuetudines; quas inter vel præcipuè, *Jus Retractus* ſi numeravero, à rei veritate non erit alienum. Hujus igitur uſus quia quotidianus, & in Buchonia noſtrâ, ubi multa ſingularia habet, frequentiſſimus eſt, præ cæteris, quæ occurrebant, Thematibus, dum pro ſummis in Jure Honoribus obtinendis ſpecimen aliquod elaborandum erat, hoc de *Prælatione ex Jure Retractus* eligere volui. Rogo tamen æquum & humanum Lectorem, ut benignâ Cenſurâ meos quales quales hoſce labores excipere velit. Me enim in Moribus patriis adhuc diſcipulum, non Magiſtrum, ingenue profiteor, unde ſi hanc materiam pro ſuâ dignitate, amplitudine, & pro ſuo deſiderio non ſatis elaboratam invenerit, nihilominus tamen conatibus faveat, cum interdum etiam in magnis voluiſſe ſat habeatur.

(o)

CAPUT

CAPUT I.

De Iure Retractus in genere, & de personis, quibus de Consuetudine Retractus seu prælatio competit ex Consanguinitate.

SUMMARIA.

1. *Leges datæ sunt propter transgressores tam tempore belli quam pacis.*
2. *Leges latæ propter utilitatem & bonum commune.*
3. *Lex humana & Sacramenta sunt propter hominem.*
4. *Non tamen tollit Lex humana Jus Naturale & divinum, sicut nec Consuetudo, quæ deficiente Lege jus inducit,*
5. *Vel Legem scriptam tollit.*
6. *Judex judicare debet primo secundum Consuetudines provinciæ, ad quod etiam Assessores in Camera Imperiali mediante juramento adstringuntur.*
7. *Consuetudine deficiente Leges & Constitutiones provinciales attenduntur; his quoq; deficientibus juxta prudentũ sententias judicandum; denique nec his adstipulantibus ad æquitatem naturalem recurrendum est.*
8. *Gravis unius authoris sententia, quæ æquior & sanior est, multitudini præferenda, nec numerandæ, sed ponderandæ Doctorum opiniones.*
9. *Consuetudinem in judicando Judex antè omnia observare debet.*
10. *Æquitas rigori anteponenda.*
11. *Omne jus vel ex Natura, vel Autoritate Principali, vel Consuetudine emanat.*
12. *Jus Retractus fundatum est in Sacra Scriptura.*
13. *Et quodammodò Jure Civili.*
14. *Jus Retractus cur introductum, & quibus competat.*

15.16. *Variæ Juris Retractus significationes in Latina & vernacula lingua recensentur.*

17. *Ejus Definitio.*
18. *Et Divisio in conventionale, consuetudinarium & legale.*
19. *In Retractu Consuetudinario proximior præfertur omni extraneo, etiam vicino.*
20. *Quis hic sit proximior, explicatur.*

21. *Proximiores vendenti sunt liberi.*

22. *Sub nomine liberorum veniunt ad Retractum filii familias, infantes, imo nondum nati, concepti.*

23. *De Jure Consuetudinario filius natu minimus retinet domum paternam.*

24. *Quæ Consuetudo non extenditur ad natu minimi hæredes.*

25. *Ita nec Jus repræsentandi locum habet in consanguinei proximi hæredibus.*

26. *Neque ipsi vendenti Jus Retractûs competit.*

27. *Jus Retractus alteri cedi non potest.*

28. *Consanguinei plures qui volunt retrahere, rem dividunt, vel sorti prælationem committunt.*

29. *Frater retrahit bona vendita à fratre.*

30. *Non extantibus liberis Retractum habent proximi Collaterales.*

31. *Remotior Cognatus potest cogere proximiorem, ut intra tempus retrahat, quod Judex certum determinat.*

32. *Anno elapso remotior retrahens manet in possessione.*

33. *Si remotiori res vendita, proximior illi præfertur.*

34. *Retrahens proximior debet esse ex familia venditoris, quod tenetur probare.*

35. *Legitimatus per subsequens matrimonium est in familia venditoris.*

36. *Secus est in legitimato per Rescriptum Principis, nisi expressè sit etiam legitimatus ad retrahendum.*

37. *Illegitimè nati ad Retractum non admittuntur.*

38. 39. *Item nec spurii, & ex damnato coitu nati. Item banniti & deportati.*

40. 41. *Filii in Monasterio bonorum incapaci non admittuntur ad Retractum; sicut nec rectè, qui sunt in Monasterio bonorum capaci.*

42. *Novitius ad Retractum admittitur, si professionem non fecit.*

43. 44. *Clerici benè retrahunt, quibus hominum commercium non omnino interdictum, ideo & admittuntur in feudis.*

45. 46. *Clericus potest testari de omnibus suis bonis, etiam ex proventibus Ecclesiæ suæ acquisitis, consensu Ordinarii impetrato.*

47. *Si Statuto sit interdictum, ne Clerici retrahant, non admittuntur.*

48. *Maritus retrahit pro uxore.*

49. *De Jure Fuldico bona inter virum & uxorem sunt communia. Et communi idiomate vocatur:* Hut bey Schleyer/und Schleyer bey Hut setzen.

50. *Mos hic communionis bonorum jam apud Gentiles observatus.*

51. *Consuetudinis hujus æquitas in Sacra Scriptura fundata.*

52. *Rejicitur opinio Lucæ de Linda.*

53. Bu-

53. *Bonorum communio inter Conjuges incipit post Matrimonium consummatum.*

54. 55. *Hinc non obtinet in sponsâ, quamvis uxor dicatur, quod intelligendum in favorabilibus & ex fictione contingit.*

56. *Si antè matrimonium pacta sint constituta, tum conditionata sunt, si scilicet matrimonium consummetur, interveniente copula sacerdotali.*

57. *Hodiè deductio uxoris in domum mariti post sacerdotalem copulam non est de necessitate, quod Romani olim voluêre.*

58. *Communio obtinet, ubi Consuetudo agnoscit virum & uxorem.*

59. *Statuto provinciali Elect. Palatini provisum, quando vir & uxor intelligatur.*

60. *Nostra Consuetudo tenet etiam in secundis & ulterioribus nuptiis, nullis extantibus pactis aut dispositionibus antè matrimonium factis.*

61. *Unio prolium* die Einkindschafft *nobis usitatissima.*

62. *Frequenter liberis prioris Matrimonii præcipuum,* ein Vorauß *nobis dictum, constituimus, in cæteris bonis omnibus succedunt uniti liberi parentibus in capita.*

63. 64. *In matrimonio nō pactitio omnia cujuscunque conditionis bona communicantur, quo etiam pertinent antè matrimonium acquisita, & quæ in matrimonio acquiruntur.*

65. *Omne etiam æs alienum, communione factum, in communi solvendum.*

66. *Valet bonorum communio, quamvis nulla sit constituta dos ab alterutra parte.*

67. *Maritus in bonis uxoris fit plenus dominus, & uxor in bonis mariti, ita ut altera pars teneatur pro altera.*

68. *Quod secus est in sponso vel sponsa, nisi si quid in amborum commodum versum.*

69. *Maritus tenetur de iis, quæ uxor impendit ad conservandam familiam, & in vestitum liberorum.*

70. *Parte vero una separata ab altera, ad invicem non tenentur.*

71. *Quod idem est in divortio & fractione fidei nuptialis.*

72. *Item si una pars occidat alteram, vel mortis causam præbeat, vel negligat à morte liberare.*

73. *Si Uxor malitiosè deserat maritum, aut maritus nimis severè tractet uxorem, ita ut illum hæc deserere cogatur, alter pro altero non tenetur.*

74. *Factâ separatione amborum consensu, neutra pars sua dote, vel donatione propter nuptias, vel hæreditate privatur.*

75. *Effectus communionis tam bonorum quam corporum est, ut alter conjugum alteri succedat nullis extantibus liberis, aut pactis antè matrimonium conditis, & aliter disponentibus.*

76. *In supervivente magis hæreditas continuatur, quam noviter acquiritur.*

77. *Nisi decedens condito prius testamento aliud disponat.*

78. *Intestatus diversis modis quis dicitur decedere.*

79. *In pactis dotalibus quæ requirantur, ut successio locum non habeat, brevibus hic recensetur.*

80. *Successio viri aut uxoris locum non habebit in superventione liberorum.*

81. *Lex Romulea circa nostram materiã quid voluerit, annotatur.*

82. *Lex Caroli Magni, quæ extat in LL. Longobardicis, huc adfertur.*

83. *Maritus retrahit bona alienata ab Uxoris patre, fratre, sorore, & aliis sanguinis vinculo uxori junctis, modo bona sint immobilia.*

84. *Bona retracta inter Conjuges fiunt communia, sicut cætera bona; quippe surrogatum sapit naturam sui surrogati.*

85. *Si quis in cœlibatu fundum eo pactô, ut revendatur, vendat, insequuto matrimonio reemtus sit juxta Consuetudinem nostram communis.*

86. *Quid Consuetudinis sit in inferiori Germania circa hanc materiam, remissivè.*

87. 88. *Consanguineus in exteris provinciis habitans de Jure provinciali Solmensi ad Retractum non admittitur; ubi nos distinguimus.*

89. *Præsens Consanguineus proximus in alienatione, & tacens, adhuc rectè retrahit, nec nocet ei taciturnitas.*

90. *Hic non obstat Regula, quod tacens consentire videatur.*

91. *Qui permissivè in alienationem consentit admittitur, secus si dispositivè.*

92. *Consanguineus ad rem ad emendum oblatam adhuc admittitur, si eam non emit, vel dixit se non velle emere. Aliud esset, si dixisset, se nolle retrahere, quia diversa sunt: nolle retrahere, & nolle emere.*

93. *Consanguineus suo nomine vendens rem Consanguinei, non amplius gaudet jure suo retrahendi.*

94. *Quod beneficium tamen retinet, si Consanguinei nomine vendat, & statim post venditionem retrahat.*

95. *Extenditur, quando proximior, cui mandatum, ut vendat rem Consanguinei, tertio demandat,*

ut vendat Consanguinei sui nomine.

96. *Ampliatur primò ista extensio in præsentibus* zum Weinkauff / *& qui combiberunt.*

97. *Secundò ampliatur etiam in subscribentibus ipsum Contractum emptionis venditionis, si tanquam testes, non tanquam renuntiantes Consanguinei subscribunt.*

98. *In Retractu etiam admittitur, ut quidam alius retrahat pro Consanguineo proximo, ut pater pro filio absque speciali mandato.*

99. *Consanguineus pro Consanguineo & tutor pro pupillo benè retrahit, ita & maritus pro uxore.*

100. *Venditor in Retractu emptori non tenetur de Evictione.*

COrruptâ propter lapsum primorum parentum naturâ, homines jam tùm à mundo condito in 1
omnia vitiorum genera prolabi, atque sine rectæ rationis dictamine, spretis omnibus tam humanam societatem quam eorum reciprocam charitatem suadentibus, vivere cœperunt. In adolescentibus adulta scelera, in senescente vita florescens audacia, in omni ordine inordinatus animi tumultus dominabatur. Hanc propter innatam proclivemque malitiam Legibus opus erat, ac ab iis effrenatam hominum libidinem metu pœnæ, quod Dei præceptis satis facere renuebant, coerceri, summoperè necessarium videbatur. *cap. ut Cleric. X. de vit. & honest. clericor.* Plato *lib. 9. de LL.* Idcircò bonum & integerrimum virum nullis Legibus dominaturis indigere, optimè scripsit ad Galatas cap. 3. Divus Apostolus. Datæ enim sunt Leges propter transgressores, atque ut utrumque tempus & belli & pacis rectè possit gubernari. *Imp. Justinian. in proœm. Instit.* Ideò judicia instituta, quorum ope suum cuique tribuatur. §. 3. *Instit. de Just. & jur.* Sunt etenim Leges or- 2
dinationes & præceptiones rationis in bonum commune, ab eo, qui curam Reipublicæ gerit, promulgatæ. Augustin. Morla, *Empor. jur. part. 1. tit. 1. n. 14* & sicut Sacramenta sunt propter salutem hominum in foro in- 3
terno, sic Leges sunt propter salutem eorum in temporalibus, & foro externo. Neque tamen Leges humanæ contra Jus Naturale seu Divinum quid- 4
quam moliri debent §. 11. *Inst. de J. N. G. & C.* §. 11. *Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. l. 8. ff. de cap. min. text. in princ. distinct. 5. & in cap. sunt quidam 25. qu. 1.* Quibus de causis neque Consuetudo, quæ pro Lege custo-

 ditur,

ditur, *L. 32. ff. de LL.* adeò valet, ut rationem vincat aut legem *l. 2. Cod.*
5 *quæ sit long. consuet. cap. fin. extra de consuet.* Vincit tamen Legem Con-
suetudo, quæ est contra Legem, quia scripta Lex per eam abrogatur ex to-
6 to vel ex parte. *text. est in dict. l. 32. in fine ff. de LL.* Hoc adeo verum est,
ut Judex & Referens juxta eam antè omnia pronunciare teneatur. *per text.*
in l. rem non novam. 14. Cod. de judic. Andr. Gail. 1. *obs.* 36. In Camera Im-
periali jure jurando adstinguntur Assessores, ut secundum Consuetudines
judicent. *Ord. Cam. part. 1. tit.* 57. quod etiam in aliis Dicasteriis & Judi-
ciis utplurimum observatur. Notoriam Consuetudinem etiam non
allegatam aut productam Referens attendet. *Alexand. Stiatic. Practic.*
Observ. cap. 23. n. 46. Controversiâ etenim exortâ in judicando primò jux-
ta Statuta & Consuetudines loci, (aliàs secus agens de Syndicatu tenetur.
Paris de Puteo, *de Syndic. in verb. consuetudo n. 4. pag. 94.*) his deficienti-
7 bus juxta Leges & Constitutiones, si tamen & hîc certa definitio in senten-
tionando haberi nequeat, juxta receptas DD. sententias, judicandũ. Belold.
Dissert. de modo referendi §. 31. Oldend. *class. act. forens. in procem.* à quibus
recedendum non est, tametsi contra ea judicatum aliquando fuerit. Me-
8 noch. *de Præsumpt. L. 1. qu. 1. n. 23.* Nihilominus sæpè unius sententia
multorum opiniones vincere potest, ut Justinianus præclarè confirmat, in
l. 1. Cod. de vet. jur. enucl. dum ait: *Id neque ex multitudine authorum,*
quod melius & æquius est judicatote: cum possit unius forsitan & deterioris
sententia & multos & majores aliqua in parte superare. Unde Plinius re-
ctissimè scripsit: in Consultationibus non tam numerandas, quam pon-
derandas esse sententias; numerando enim non ponderantur, dum certè
meliorem partem sæpè à majore vinci necessum esset. Nam communem
opinionem non numerus, sed authoritas DD. facit: *per l. majorem ff.*
de pactis. inde JCtorum Consilia & Responsa magis probabilia quam ne-
cessaria censentur; sed ante omnia consilium ex forma Statuti necessario
est requirendum & sequendum, ut dictum. Gabr. Schröder *Introd. ad jus*
publ. part. spec. sect. 1. cap. 6. §. 15. Vid. Brunnem. *ad process. civil. cap. 29. n.*
9 11. Sic Consuetudo in judicando servanda, Modest. Pist. *cons.* 5. *n.* 5. modo
neque legibus, neque rectæ rationi repugnet, quæ communis omnium est
opinio, quare rectè faciet Judex communem sequendo. Conrad. Rittersh.
ad Novell. part. 9. cap. 6. n. 135. in fine. Videatur pulchrè differens, quid Judici
in judicando observandum qualiterque authoritatibus Legum authorum-
vè sese conformare debeat, Casp. Ziegler *de judic. offic conclus.* 36. Georg.
à Widmont. *Colleg. in Pandect. ad tit. de Judiciis* &c. *à n. 79. usque* 103.

Æqui-

Æquitatem Consuetudini proximam, prout etiam in *Lege 1. in princip. & l. penult. ff. de justit. & jur.* sub generali nomine juris comprehenditur, in judicando magis Judex, quam jus strictum sequi debet. Besold. *ibid.* Morl. *dict. tit.* 1. *q.* 11. *n.* 5. *& seqq.* Qua de causa occasionem sumpsere Interpretum plurimi ad dirimendam difficiliorem illam haud aliâs in jure reperiendam Legum antinomiam, quam inter Ulpianum JCtum *in l. singularia.* 15. *ff. de reb. credit.* & Africanum *in l. qui negotia.* 34. *ff. mandati.* positam videmus, ubi Africanus juris religiosior ac scrupulosior existit, idcircò ejus responsum ex rigore & summi juris ratione, Ulpiani verò tanquam æquitatis, publicæque utilitatis hac in parte amantioris hominis, ex æquitate promanare volunt. Et in praxi æquitatem rigori præferendam esse nos docent multa, quæ passim apud DD. quærere licet. Georg. à Widmont. *Colleg. in Pandect. ad Tit. de reb. cred. n.* 33. 10

Igitur omne Jus, quo utimur, constitutum Natura, Authoritate & Consuetudine. De Jure Naturæ & ejus speciebus vid. *L.* 1. *§.* 3. *ff. de justit. & jur. §. jus naturale & §. sed naturalia Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Authoritate jus constituitur, videlicet Magistrali. Sunt Magistratus domini hujus mundi ex mandato Dei, Proverb. 8. ℣. 15. *per me Reges regnant, & Legum conditores recta decernunt.* Sunt Domini quoad protectionem & defensionem, non quoad dominium illimitatum & absolutissimum. vid. Daniel. 4. & 1. Paralip. 29. Alia cæteroquin emanat authoritatis Magistralis ratio à consensu Subditorum, quo se Superioribus subjiciunt, Homagii præstatione. Ita Exod. cap. 19. legimus, Deum per Moysen ex primatibus populi Judaici quæsivisse, utrum præcepta, quæ laturus erat, acceptare & observare velint. Demum ex Consuetudine inveteratâ jus oriri noto notius est. Et possemus hic prolixi esse; sed placuit hac vice ex saluberrimis aliis inductis Consuetudinibus quotidianam ac frequentiorē, imo & utiliorem juxta Legem *in l. Legavi ff. de libert. Legat.* præ cæteris assumere. Quid magis enim in foro disceptare hodie videmus, quam ea retrahi, quæ à Majoribus, Parentibus, seu Vicinis &c. possessa, in alienis manibus videntur. Consuetudines jus Retractus inducentes quam justæ sint, vid. Levit. cap. 25. ℣. 25. Jer. 32. Ruth. 4. quorum tamen Sacræ Scripturæ textuum authoritate motus ne quis putet, juris Divini Retractus beneficium esse, sciendum, loca citata juris Judicialis & positivi, non moralis esse. Nam jus Mosaicum per omnia tale non est, quippè quod inter alia etiam ceremonialia & judicialia proponit. Tiraquell. 11 12

dæ

de Retract. in præfat. num. 8. & seqq. Augustin. Morla *part. 1. Empor.*
13 *jur. tit. 9. q. 11. n. 2.* In Jure Civili quemadmodum quodammodo fundetur vid. *Text. in L. 3. Cod. de jur. emphyteut. L. 1. Cod. non licere habitator. Metrocomiæ L. 1. Cod. de Metall.* & in jure Feudali *2. F. 3. §. Sed etiam res* 1. *& ibi Feudistæ. 2. Feud. 9.* & alibi.

14 Jus hoc seu Consuetudinem in plerisque vigere Nationibus Europæis, compertum est, quod quasi naturalis ratio suadere videtur, ut familiæ conserventur. *L. 1. §. quamvis ff. de vent. inspici.* ac Consanguinei præ aliis bona avita possideant, Vicinus præ non Vicino, Dominus præ ex-
15 traneo. Hujus Juris, nempè Retractûs, apud varios interpretes variæ & multæ significationes passim reperiuntur, ut Contractus resolutio, Præsentatio, Prælatio, Præferentia, Protimisis, Redhibitio Gentilitia, Jus Linearium, Jus Præhonorarium, Recomparatio, Recuperatio, Jus Consanguinitatis, Recompræ, Reunio, Redunio, Redintegratio, Reconsolidatio, Redemptio, Congruum, Reluitio, omnes finaliter eo tendunt, ut distractum ac alienatum prædium recuperare liceat, &, sicut in Latino, ita in Germano sermone varie insignitur hoc negotium; ut:
16 der Einstandt / Näherrecht / Nähergeldung / Näherkauff / Vorkauff / Vorrecht / Vorgilt / Abtrieb / Erblösung / Freundlösung / Losung / Zugrecht / Kauffzugrecht / Standrecht. Usitatiori verbo vocatur, der
17 Einspruch / das Einspruchs-Recht / & est Jus sive facultas retrahendi & redimendi rem immobilem alienatam precio jure Consanguinitatis, vicinitatis vel simili, intra certum tempus competens. Hoc jus principaliter in Consuetudine fundatur. Carpzov. *part. 2. Constit. 31. def. 2.* eaque
18 de causa variè constituitur. Vel enim est ex Partium conventione; vel ex Lege vel ex Consuetudine. De Conventionali jura præscripta ubique
19 circumferuntur. In Consuetudinario omnibus aliis præfertur Consanguineus, & excludit vicinum, servatâ linea proximitatis, quâ proximior vendenti tempore venditionis proximior etiam est prælatione. Andreas Tiraquellus, *de Retractu gentilit. §. 11. n. 18. 19. 20.* Theodor Reinck. *de Retract. consang. quæst. 2. n. 39.*

20 Proximior est, quem nemo antecedit, *L. 2. §. 20. proximus ff. unde cognat.* qui, etiamsi unicus esset, sub nomine proximiorũ intelligitur. *L. 155. ff. de Reg. jur. & ibid. gloss.* Ementi, etiamsi sit de familia, proximior præfertur, quod est ad exemplum successionum ab intestato. Itaque
21 sub proximiorum gradu primò sunt liberi, ut patet *ex Novell. 118. cap. 1.* masculini & fœminini sexus indistinctim, quantumvis patris hæredes

sint,

sint, nec per hoc impugnatur patris alienatio, quod filius regulariter non potest; sed tantum aliis vult præferri. Neque obstat, Patrem contrahere non posse cum Filio, qui est in istius potestate *l. in suis 11. ff. de suis & legitim. l. fin. sub fin. Cod. de impub. & al. substit. l. cum a matre 14. Cod. de rei vindic.* Filius enim non propriè contrahit, sed per oblatum idem pretium in extranei locum se surrogari petit.

Competit ergo Retractus jus etiam Infantibus, & in patris potestate 22 existentibus. Christ. Richter. *Decis. 76. n. 16.* adeò ut si eo tempore, quô Retractus currit, supernasceretur Infans, hic præferretur, juxta Boërium, *Decis.* 138. *n.* 3. Nondum natis, tempore tamen venditionis conceptis jus Retractus adjudicat Tiraquell. *dict. tractat. § 1. gl. 9. n. 81. & seqq. cum præced. n. 46.* Nihil ergo obstat Filiis familias hæc eorum, in qua constituti sunt, conditio, sed, uti jam dictum, retrahere possunt à Patribus alienata. Tholosan. *Syntagm. L. 26. cap. 14. num. 2. ibi: Verior tamen.* Tiraqell. *dict. §. 1. gl. 9. n. 46. In princip. per text. in cap. constitutus X. De in integr. restitut. usque num. 54. Masver. Pract. forens. tit. 25. n. 6. & qui eum secuti.* Casum Fuldæ agitatum & decisum vide apud Joann. Fichard. *Tom. 2. Cons. 34. quæst. 2.* Et confer Matth. Berlich. *Conclus. 39. p. 2. n. 31.* Per terram Thuringicam id itidem obtinere, docet Ahasv. Fritsch. *in Append. ad Supplem. Thes. practic. Besoldi, in verb.* **Thüringische Gewohnheiten** *n. 4. Contrarium defendentem vid.* And. Fachinæum, *l. 7. Controv. jur. c. 19.*

Consuetudinario quoque jure comperimus, Filium natu minimum in 23 domo paternâ post patris mortem præ cæteris fratribus jure Prælationis gaudere, ita ut ei liberum sit, domum retinere, aut renuntiare; cui adstipulantur Statuta Hassiaca, *de success. ab intest. cap. 3. ibi:* Und nachdeme gemeiniglich in unseren Fürstenthümblichen Landen und Gebieth der Brauch ist / daß unter Geschwistern daß jüngste / zu seiner Eltern hinterlassenen Wohnhauß die Kühr hat / so setzen / ordnen und wollen wir / daß es demselben Brauch nach allenthalben / in unseren Fürstenthumben und Gebieth unter Bürgern und Bauren also gehalten werde / und dem jüngsten Geschwister die Wahl des Elterlichen Wohnhauses / so fern die Eltern bey ihrem Leben deßhalben kein anderes verordnet / frey gestelt werde. Hoc tamen natu minimi jus, defuncto eo 24 ante divisionem, ad ejus hæredes minimè extendendum. Bened. Carpzov. *p. 3. c. 15. def. 29. Jus Statut. Hassiac. in verb.* jedoch sich ein solches al-

 lein

sein auf die Persohn des jüngsten Geschwisters / und nicht / nach dessen
Absterben / auf seine Kinder erstrecken soll.

25 Jus repræsentationis in Retractu locum non habet. Christoph.
26 Richt. *dict. Decis. 76. num. 28.* neque ipse, qui vendidit, retrahere
potest, siquidem contrà suum factum ageret. Henric. Zoël. *in ff. ad tit.
de Leg. commiss. Tract. de Retract. gentil. num. 51.* Excipitur casus, quô
Consanguineus rem emptam revendit extraneo. Tiraquell. *d. §. 1. gl. 9.*
27 *num. 4.* Tholosan. *d. l. 26. cap. 15.* Neque cedi potest Jus Retractus,
ubi favendum uni ita, ut alteri non fiat injuria. *argum. l. impuberi 40. ff.
de administr. & peric. tutor.* Tholosan. *cap. 18.* Andr. Gail. *2. Obs. 19.
n. 10.* & hic omnes Interpretes.

28 Pluribus ejusdem gradus retrahere volentibus valentibusque, rem
divisibilem æqualibus partibus dividi, indivisibilem verò sorti committi
ut plurimum Ddres volunt. Theodor. Reinking. *de Retract. quæst. 2.
n. 87. cum ibid. citat.* modo disceptantes habeant jus æquale, & parem
causam. Andr. Rauchbar. *1. qu. 42.* de quibus infrà pluribus dicetur.

Frater retrahit alienata à fratre nullâ habitâ differentiâ, an bona à
29 matre, an à patre proveniant; nec etiam observata vinculi duplicitate.
Ut enim sibi invicem succedunt in Allodialibus pariter ac Feudalibus,
ita quoque retrahunt. De successione in terris Fuldensibus extat
Responsum Eminentiss. Cardinal. Bernardi Gustavi, ad consultationem
Illustriss. Comit. Frid. Wilhelmi Comitis in J. & B. ibi: bekennen und
bezeugen wir der Wahrheit / auch Billigkeit zu steuer / daß bey unse-
rem Fuldischen Lehenhoff jedesmahls und in allen Fällen denen gemei-
nen bürgerlichen Rechten / oder Juri Civili nach gesprochen wird / wo
nicht ein andere Lehens-Art und Natur / Recht und Gewohnheit bey
unserem Lehenhoff dem Juri Communi Feudali zugegen introducirt und
observirt worden ist. Dieweiln wir nun in unserer Lehens-Repositur
haben nachsehen lassen / und befunden / daß des vinculi Duplicitatis hal-
ber keine absonderliche Eigene Observantz vorhanden / so bezeugen
wir hiemit / daß deßwegen / und in diesen und dergleichen Successions-
Fällen denen Communibus Juribus Feudalibus nach zu sprechen / die
Duplicitas vinculi in keine Consideration zu ziehen / folglichen Graff
J. E. und nunmehr seine Söhne / in denen Fuldischen von weyland
Graff W. O. besessenen Lehen / beneben Graff J. L. zu zulassen / und
zu admittiren seye; zu dessen wahrerer Uhrkund &c. Integrum Respon-
sum vid. in Mantissâ.

Filiis

Filiis & Fratribus deficientibus aut retrahere nolentibus, veniunt 30
reliqui cognati itidem proximiores. Matth. Berlich. *dict. concluſ.* 59. *num.* 30. Nec intereſt, bona ſint avita vel non, dummodò vendens ſit verus Dominus. Caſu verò, quô remotiones retardationem intrà præ- 31
ſcriptum tempus vident, ne annus Retractui conceſſus elabatur, proximiores cogere poſſunt, ut retrahant certo tempore, arbitrio judicis ſtatuendo. Johan. Fichard. Conſil. *34. num. 13.* ubi Tiraquell. *& alii ibid. allegati.*

Quod ſi proximior omninò non retrahat, aut per expreſſum intrà 32
annale tempus renuntiet, remotior, qui Retractum inſinuavit, in poſſeſſionem mittendus eſt; & ubi proximior, retrahere ſe nolle, declaraverit, jus continuò ſequentem vocat, *argum. l. cum dubitabatur fin. C. de jur. Emph.* Joann. Fichard. *dict. Conſ. verſ. quibus conſequens eſt*: additque rationes *ex l. qui autem* §. *ſciendum*, *& l. pupilles ff. qui in fraud. Creditor. & ſeqq.* Quod ſi res remotiori vendita, nihil ad rem 33
facit, hunc ex familiâ eſſe, ubi conſuetudo jus dat proximiori, quod eidem aufferri nequit. *argum. c. 1. §. Filius 2. feud. 26.*

Quousque proximitatis gradus ſeſe extendant, nihil certi habemus. 34
In quibusdam locis ad quintum gradum juxta jus Civile computandum extenditur. Ita **Solmiſch Land-Recht** Tit. **von dem Abtrieb.** §. **Damit man auch.** Alibi decimus Conſanguinitatis gradus admittitur, neceſſe tamen eſt, ut Retrahens probet, ſe ſuum ſanguinem à vendente trahere, atque ex legitimâ cognatione natum. Quô etiam pertinent *Legitimati* per 35
ſubſequens matrimonium. *Nov. quib. mod. natur. Fil. effici. Legitimi.* 74. §. *ſi quis ſanè.* vid. Johan. Weſenbec. *Conſ.* 44. *per tot.* Non autem per Re- 36
ſcriptum Principis legitimati, quippe quæ legitimatio intelligitur, ut fiat ſinè præjudicio Tertii; quod ita procedit, niſi diſertè & in ſpecie, ex motu proprio & certâ ſcientiâ Principis, legimatio etiam ad retrahendi jus extenſa fuerit. Joachim. Mynſing. *Cent.* 1. *obſ.* 35. Aliàs enim & legitimati per Principale Reſcriptum in Feudis non admittuntur. §. *naturales. Si de Feud. defunct. content. &c. 2. feud. 26.* Multo minus retrahere poſſunt ille- 37
gitimi, & qui de Patris familiâ non ſunt. *l. eum legitima ff. de Stat. hom.* Liberi enim vocantur ſoli, qui legitimi ſunt, *l. filiũ. 6 ff de his, qui ſunt ſui vel alien. Jur.* Unde prohibentur omnes certam cognationem non habentes, ut 38
ſpurii et *vulgò concepti. l. 23. ff. de Stat. hom. l. ſi Spurius 4. ff. unde Cognati. &* §. *vulgò quæſitos 4. Inſtit. de ſucceſſ. Cognat.* nec non ex damnato coitu geniti.

B 2 Perti-

39 Pertinent huc banniti & deportati, sivè sint aliàs Consanguinei sivè Vicini, quales omnes in perpetuum retrahere vetantur. DD. *suprà citati.*

40 Quid de Filiis Clericis & Monachis statuendum? Variant Statuta & Consuetudines. Quoad filios Monasterium ingressos distinguit Tholosanus, *Syntagm. L. 26. cap. 17. num. 3. & 4.* inter Monasteria bonorum capacia, & ea, quæ ex Ordinis sui institutione immobilia possidere nequeunt. De his verum est, non retrahere posse, quia mundo demortui, & antè ingressum propria ulla habere ejurarunt. *can. non dicatis* 12. *qu.* 1. *c. cum ad*
41 *monasterium de Regular.* Theodor. Reinking. *qu.* 1. *num.* 298. Illis bonorum capacibus similiter denegandum, etiamsi temporalia bona omninò non ejurarint. Cessaret etenim illa instituti ratio, quâ bona avita manent in familiis, ut conserventur in seculo, dum durum & lugubre esse ajunt, bona à Majoribus possessa, in alienis manibus videre, *per text. in l. quæ tutores. 22. §. ergo Cod. de administrat. tutor.* cum aliis apud Andr. Gail. 2. *Obs.* 19; *num.* 1. Nisi ex speciali Consuetudine & approbante Principe Monasteria agnatis Monachorum succedant, quibus idcircò retrahere permissum. Tholos. *ibid. num.* 3. Prohibet expressè Ordinatio Ducatus Juliacensis, tit von Beschudden. ibi: den geistlichen Stiffteren / Klösteren und dero Personen / soll die Beschuddung nicht zugelassen werden. In Archiepiscopatus Trevirensis Untergerichts-Ordnung / de Anno 1539. Tit. von
42 Abtreiben / wem es zum Abtreiben nicht vergönnet. Novitius tamen, qui adhuc suorum bonorum & aliorum jurium plenus Dominus est, non prohibetur; sicut econtrario sua bona stante Novitiatu vendente Novitio, Consanguinei rectè retrahunt, nec bona ejus dici possunt monasterialia, qui adhuc est sui juris. Quidam videntur velle illud attendi, an professionem facturus sit nec ne. Tiraquell. §. 1. *gl.* 8. *num.* 26. *& seqq.* quam tamen distinctionem nihil in recessu habere puto. Licet enim talis quodammodo pro Monacho habendus sit, non tamen verè Monachus est, cui adhuc est velle & nolle, id est egredi vel manere. Igitur suus Status ei in pendenti est, qui exspectat eventum. Priore casu, quô religionem profitetur, inhabilis est ad Retractum; posteriore autem retrahendo sibi acquirit, si in seculum redit; persistente verò in professione, proximior retrahit, excluso Monasterio. Et ita observari ferè in tota Gallia testatur Tiraquell. *d. l. num.* 39. Posset enim aliàs de facili accidere, ut plurima bona per monasteria acquirantur, quibus familiæ in seculo se inanes viderent: Quâ de causâ in Gallia cautum, ne prædia deinceps Ecclesiasticis donentur Collegiis; quod si dono nihilominus data, rursus vendantur. Joann.

Bodin.

Bodin. *de Republic. lib.* 5. *cap.* 2. Quid Veneti, Russi, & Poloni, circa prædia, quæ ad Clericos & Ecclesiasticos pervenerunt, statuerint, *vid.* apud Ernest. Goekel. *de Europæis Regib. cap.* 7. §. 17. quo in loco in fine testatur, in Palatinatu Neoburgico Collegium S. I. datis reversalibus promisisse, se inposterum de immobilibus à se coëmtis omnia onera usitata, præsentia & futura, die alte hergebrachte und darauf stehende Herrschafftliche Schuldigkeit/ soluturum.

Filios, Clericos seculares, capaces ad retrahendum facit Consuetudo 43
nostra. Et constat quoque expresse *in cap. constitutus* 8. *de in integr. restit.* activè & passivè Jus Congrui iis competere. Theodor. Reinking. *qu.* 2. *n.* 231. Possunt emere, & ab illis res empta retrahitur, etiamsi Ecclesiæ nomine emant. Nicol. Boër. *Decis.* 231. *n.* 2. Possunt Feuda tenere; cui 44
non refragatur, in Feudis eligi industriam personæ, quæ cessaret in Clerico in personâ non serviente in bello, propter periculum irregularitatis *c.* 1. *de Cleric. pugn. in bello.* Potest enim talis per substitutum æque idoneum comparere. Ita communiter DD. *in auth. ingressi, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* & omninò hoc procedit, dum plerumque in investituris Feuda *pro se & suis hæredibus*, conceduntur, ubi observamus, non electam industriam personæ propter mentionem hæredis factam. Hieron. Schurff. *Cent.* 1. *Cons.* 68. *n.* 20. qui ultrà, quoad Vasallum Monasterium ingredientem, admittit, quod quamdiu durat naturalis ejus vita, tamdiu apud Monasterium maneat Feudum. *ibid.* & *n.* 10. Tales Clerici propria possident bona, succedunt parentibus æque ac alii Fratres, possunt testari sine 45
consensu in patrimonialibus vel quasi, ut si qua ex hæreditate vel artificio sivè ex doctrina acquisivere, *cap. relatum X. de Testam.* Cum consensu autem Celsissimi Præsulis in Diœcesi Fuldensi, etiam in patrimo- 46
nialibus & industrialibus, & ex beneficio aut proventibus Ecclesiæ suæ acquisitis testantur, uti ex quotidianâ praxi habemus. add. Ludov. Molin. *de Justit. & Jur. tract.* 2. *Disput.* 247. Thomas de Thomasettis, *Reg.* 75. In Diœcesi Ratisbonensi idem ex Consuetudine invaluisse, & ex privilegio in Eystettensi, testatur Christoph. Chlingensperger, *Colleg. in Instit. ad Tit. quibus non est permiss. facere testam. quæst.* 18. Quod si tamen statutum 47
sit, neque Clericos retrahere posse, haud dubiè id valebit. Tiraquell. *d. l. num.* 42.

Maritus nomine Uxoris quoque retrahere potest, cujus modi casum 48
hic ventilatum, in jure consultus decidit Joann. Fichard. *supr. cit. loc. inter Consil. German. Cons.* 34. quem vid. per totum. Nostro idiomate non 49

ignoto dicimus: Hut bey Schleyer und Schleyer bey Hut setzen/ quo indigitatur, omnia bona inter Virum, qui per pileum, & uxorem, quæ per ricam intelligitur, communia esse; ita ut mariti bona uxoris, & contrà uxoris bona mariti fiant, & sic una communis massa efficiatur, ut omne discrimen tàm respectu paternorum, quam maternorum bonorum tolla-
50 tur. Hoc jus vocatur aliâs jus connubii, item jus manus plicatæ. Germ. Leib an Leib/ Gut an Gut setzen. Sic mos olim apud Gentiles observatus, & solennia hæc prolata verba: *ubi tu Cajus, ego Caja.* Henric. Salmuth, *ad Pancirol. Rerum Memor. deperd. Tit. de Nuptiis*; sinè dubio propter communionem bonorum, corporum, animorumvè unionem, indè Versus:

Conjugium in terris unio prima fuit.

Posteà ignis & aquæ tactu amborum Conjugum communionem corroborare veteres volebant, Cicero, *pro Murena.*

51 Sed hujus nostræ Consuetudinis æquitas non tàm ex similibus Gentilium moribus, quàm ex Sacris paginis promanat. Conjuges Genes. 2. ℣. 23. & 24. unum corpus & una caro vocantur. Conf. Matth. cap. 19. ℣. 5. & 6. Et omninò Juri Naturali convenire videtur, si, uno ex Conjugibus defuncto, superstiti, tanquam corporis sui parti, omnia bona relinquantur; sunt enim socii rei divinæ & humanæ Domus. *l. adversus. 4. Cod. de crim. expilat. hæredit. c. 2. de sponsal.* indè Societas alia vitæ, alia bonorum. Hîc utraque obtinet. Modestin. Pistor. *Vol. 2. Cons. 52. n. 24.* & 25. Et hæc meritò honesta dicitur Consuetudo, præsertim respectu mariti, propter onera matrimonii infinita. Andr. Gail. *lib. 2. obs. 124. num. 1. 2. & 3.* quam
52 tamen Lucas de Linda, *descript. Orb. terr. lib. 7. descript. special. Archiepisc. Mogunt.* pravam dicit, quippè quod fœminas insolentes faciat, propter consensum earum in venditione bonorum necessarium, quô denegato, pugnis sæpius decertetur.

53 Verùm obtinet hæc bonorum communio post contractum matrimonium legitimum, verum, & copula sacerdotali consummatum, à quo tempore matrimonium nuncupamus, cujus intuitu, dotem quoque constituimus, & donationem propter nuptias, non propter sponsalia vocamus. Andr. Gail. 2. *obs.* 80. *num.* 115. In Matrimonio demum fit divini & humani juris communicatio *l. 1. ff. de ritu nupt.* Hinc Ultrajectinus Legislator his verbis edixit: *post Benedictionem sacram, præviis tribus promulgationibus publicis factam, mensæ thorique participationem, bona inter Conjuges communia sunto.* Abrah. à Wesel. *Tractat. de Connubial. bonor. Societas,*

citat. num. 115. & praced. num. 29. etiamsi alioquin Sponsa de præsenti 54
verè uxor dicatur *in cap. penult. & final. de sponsal. cap. 3. de spons. duor.*
Appellatione uxoris, in favorabilibus, non odiosis, sponsa de præsenti
continetur. Nicol. Boër. *Decis. 22. num. 38.* post Bald. & Alberic. *de Rosat.*
in l. solet. ff. de his qui notant. infam.

Quod vero Sponsa ante ingressum thori conjugalis aliquando pro 55
uxore habeatur, ex fictione potius, quàm verè & propriè fit. Nam aliud matrimonium, aliud Sponsalia sunt, aliud Maritus, aliud Sponsus, *l. 1. §. primum ff. pro dote.* aliud uxor, aliud Sponsa *l. Sancimus Cod. de Nupt.* In Sponsâ non est matrimonium. *l. quod Servius ff. de condict. ob causam.* Pro & contra de hac re differentem vide, si lubet, Tiraquellum, *ad l. connubial. in gl. 2. à num. 1. usque 45.* Nam odiosum esse, parentes & proximos per sponsalia de præsenti, dote ac donatione propter nuptias privari, tenet Nicol. Boër. *dict. Decis. per textum in l. si donaturus in princip. cum not. in l. quod servius Cod. de condict. ob caus.* Nec obstant 56
pacta & dispositiones ante matrimonium factæ, ubi nihilominus tempus matrimonii spectandum. Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 19.* Donationes & dispositiones antematrimoniales conditionales sunt, nimirum si matrimonium sequatur. *per l. cum veterum. Cod. de donat. ante Nupt.* Antequam matrimonium sequatur, inefficax obligatio est. Hinc Thalami conscensione factâ, licet carnaliter uxor à viro non fuerit cognita, communio inducitur. Nicol. Boër. *Decis. 22. num. 23.* Idem de Jure Saxonico obtinet. Bened. Carpz. *part. 3. Const. 19.* Christoph. Richter *Decis. 94. per tot.* Deductio uxoris in domum mariti, sicut olim 57
apud Romanos, non est necessaria, vid. *l. mulierem 5. ff. de Rit. Nupt.* sed sufficit, si cætera, quæ modo diximus observentur.

Insuper non tenet hæc nostra Consuetudo, sive bonorum commu- 58
nionem sive successionem spectemus, nisi quos statutum vel Consuetudo ipsa Conjuges agnoscit, quales revera non sunt nisi post Sacerdotalem copulam, non etiam carnalem. Exemplum legitur Tobiæ cap 8. ℣. 4. Conf. *c. Sponsus & Sponsa. 27. distinct.* Nic. Boër. *d. l. num. 33. in fin.* Joachim. Mynsinger. *Cent. 6. obs. 78.* ita fluctuat, ut nihil concludat, ac hanc quæstionem Imperiali Decisione, & pragmatica sanctione indigere fateatur. In aliquibus Germaniæ Provinciis ex- 59
pressè hac in parte provisum. Ita **Chur-Pfälzische Landesordnung** de Ao. 82. publicat. Tit. **wie Eheleut in vorgehenden Fällen zu verstehen.**

stehen. verf. da sich aber. Würtenbergische Ordnung de Ao. 1567.
Tit. wie Eheleuth in vorgemeldten Fällen verstanden werden: Add.
Abrah. Sauer / in Gülden Fluß von Erbschafft ohne *Testament. p. 5.*
cap. 3. pag. 390. & 398. De Jur. Saxon. vid. Carpzov. *p. 3. Const. 19.*

60 In secundis tertiis & ulterioribus Nuptiis obtinet hæc nostra com-
munio æque ac in primis, nisi pacta constituantur matrimonialia: Ehebe-
redungen / Ehestifftungen / in quibus diversum quid disponatur. Com-
muniter tamen communionem bonorum & unionem Prolium, die Ein-
kindtschafft / quæ parificatio, & pariatio prolium quoq; nuncupatur, novi
61 Conjuges in iisdem ineunt. In patria nostra ea specialiter recepta est, quod
ferè de totâ Germania testatur Andr. Gail. *2. Obs. 125. n. 1.* Simillima
est pariatio ista adoptioni, jure Romanorum frequentata, ubi paciscun-
tur ad invicem novi Conjuges quoad liberos ex priori matrimonio susce-
ptos, & stante novo, suscipiendos, de filiationis jure, & de mutua paren-
tum filiorumvè successione, cum causæ cognitione, coram Consan-
guineis, & iis, quorum interest, tutiùs etiam adhibitâ Magistra-
62 tus authoritate, unde liberis prioris matrimonii communiter Præci-
puum aliquod laudabiliter constituitur. Besold. *Thesaur. pract.*
verb. vorauß. quod præcipuum vel ex voluntate hominis, vel ex ipsâ
lege vel ex statuto constituitur; in cæteris bonis tam mobilibus, quam
immobilibus ab utraque parte nuptorum collatis, Filii Filiæve primi
& secundi Matrimonii Parentibus defunctis in capita, als so viel Mund
63 so viel Pfund / succedunt. Veniunt autem per matrimonium nonpa-
cticium in communionem omnia bona, propria & peculiaria, mobi-
lia & immobilia, sive expressè declaratione facta, sive tacitè,
quæ æque valida est ac expressa, *per capit. significasti 2. de Donat.*
inter vir. & uxor. Joach. Mynsing. *Cent. 6. Obs. 12. n. 24.* Andr.
Gail. *2. Obs. 86. num. 15. vid.* David Mev. *ad Jus Lubec. L.*
64 *1. tit. 5. artic. 5.* bona porrò tam antè, quam stante matrimonio
acquisita, ut hæreditates, legata, donationes &c. Andr. Tiraquell. *de Re-*
tract. Gentil. §. 20. Gl. un. in verb. Silemarii n. 4. annui reditus indistin-
ctim omnes, item lucra in matrimonio acquisita, absque omni traditio-
65 ne ac cessione facta; consequenter etiam damna, dispendia, & æs alie-
num, in matrimonio legitime conflatum, & quicquid patrimonium di-
minuit, in communi ferendum. Joan. Wesembec. *Tract. 2. cap. 3.*
de dam. inter conjug. commun. num. 26. Item Dos. Nic. Boër. *Decis. 22.*
66 *num. 29.* sive consistat in mobilibus, sive immobilibus, etiamsi nulla
sit

sit constituta, cum matrimonium stet sine ea, etsi sine matrimonio non dicatur esse Dos. *L. cum multa ff. de donat. ante nupt. L. Dotis appellatio & l.3. ff. de jur. Dot. L. incesta ff. de rit. nupt.* aliæque donationes, & quæ fortunæ beneficio acquiruntur, jura & actiones, item hæreditates *L. 3. §. 1. l. 73. in principio ff. pro socio* : Georg. Ad. Struv. *Decis. Sabbath. cap.* 11. *decis. 3.* bona Emphyteutica, Erbzins-Güther / censitica & colonaria, Laaß-Güther / & quæ ex praxi quotidiana melius sunt colligenda, quam hîc enumeranda, in communionem veniunt.

Consequitur inde, hujus juris beneficio, Maritus liberrimam rerum uxoriarum, sicuti suarum, administrationem, & vice versa uxor in mariti omnibus bonis. Ex quo patet, hâc consuetudinaria Communione uxorem teneri pro marito, & vice versa. Andr. Gail. 1. *Obs. 36. n. 2. & obs. 40. n.* 1. quamvis regulariter jure communi nemo teneatur pro altero: *tot. tit. Cod. ne ux. pro marit. vel marit. pro ux.* nec Socius Socio ad æs alienum, *per text. in L. jure Societatis 82. ff. pro Socio*: Obtinet verò hoc demum post sacerdotalem copulam, per quam vir & uxor fiunt unum corpus. Distinct. 40. c. sicut viri pars corporis *q. 2. c. admonere.* Sponsa igitur pro Sponso non tenetur ad æs alienum. Lauterb. *disp. de ære alieno in Societat. conjug. contract. c. 2. §. 11. n. 5. cum seqq.* nisi in communitatem postea versum. Hoc etiam de rebus ex pecunia mutuata ante matrimonium emptis intelligendum. argum. *L. 5. in fin. Cod. ad Senat. Velleian. & auth. siqua in fin.* Otto Tabor. *relat. Argent. relat. 57. n. 5. & 6.* Pars una alteram obligat in omnibus Contractibus, quibus ambo facti sunt locupletiores *L. jure naturæ ff. de Reg. jur. L. nam hoc natura ff. de Condit. indebit.* Et quæ per mulierem familiæ sustentandæ gratia contracta, quamvis Maritus id ignoret, & quæ fecit ea debita, ad se liberosque suos vestiendum. E contra uxor pro marito tenetur, quæ consuetudo valet, sicuti ea, qua filius pro Patre. Gail. 1. *Obs. 36.* item ad ea, quæ Maritus ex pacto debet, & fidejussione pro alio facit: Abr. à Wesel *tract. de damno inter conjug. commun. cap. 3. n. 52. & 46.* Facta tamen separatione, alter pro altero non tenetur, neque unus alteri succedit. *text. in c. plerumque, de donat. inter vir. c. ex litteris c. significasti. L. consensu §. virum Cod. de divort. & repud. L. un. ff. unde vir & uxor.* neque si fidem nuptialem frangat conjux. *DD. in L. un. Cod. eod. & authent. præterea Cod. eodem.* Similiter si alter ex conjugibus alterum occiderit, vel a morte non liberaverit,

67 68 69 70 71 72

argum. L. ubi adhuc. Cod de jure dot. L. Si ab hostibus §. si vir uxorem ff.
73 *Solut. Matrim.* Denique propter malitiosam desertionem, & nimiam
Mariti sævitiam alter pro altero non tenetur. Abrah. à Wesel *dict.*
74 *tract. cap. 4. n. 4.* Si separatio fiat amborum consensu, nemo privatur
dote, vel donatione propter nuptias, neque sua hæreditate *c. ex
publico &c. cum sis. de convers. conjugat.* Adde Valentin Forster *de
successiion. ab intestat. lib. 5. de Success. vir. & ux. exception. ad prim.
conclus. per tot.*

75 Sic huc usque de conjugum communione in bonis brevibus dixisse
sufficiat; restat ut de eorum successione, tanquam altero ejus effectu ne-
cessaria quædam annectamus. Nam si sine pactis pars alterutra & sine li-
beris decedat, vigore consuetudinis alter alteri universaliter succedit, dieweil-
len Schleyer bey Huth und Huth bey Schleyer gesetzet / so erbet ein
Ehegemahl das andere in aller Verlassenschafft / & non ineptè, æqui-
tate sic poscente, ut, quia in vivis damna, miseriæ & calamitates comunes,
indè & quidquid prosperum, communicandum; secus conjugalis societas
esset magis leonina *L. si non fuerint 29. §. fin. ff. pro Socio.* Sive adsint
agnati sive cognati, sive adscendentes; non tamen descendentes, ut di-
ctum: und ist dieses der allgemeine Land-Brauch / und Gewohnheit /
krafft dessen die Ehe-Conforten / in der Erb-Succession, wo der Fall
an sich selbsten frey ist / einander also succed ren / daß sie auch quos-
cu qu sonsten de jure scripto priores, ausschliessen / und sie den Vor-
76 zug haben: & potius in superstite communio continuari, quam no-
viter acquiri censetur. Igitur ad successionem requiritur, ut testamento
non facto alteruter decedat, daß von den Verstorbenen kein Testament
77 noch anderer letzter Will vorhanden. Quamdiu enim ex testa-
mento hæreditas adiri potest, locum non habet successio ab in-
testato. *L. quamdiu 39. ff. de acquir. hæredit. L. quamdiu ff.
de Reg. Jur.* Everhard. Bronchorst. *cent. 3. assert. 42. Intestatus*
78 quoque dicitur, qui aut omnino eo non facto aut non jure aut
rupto irritovè, aut ab hærede destituto, hoc est ab hærede scripto,
79 hæreditatem repudiante *l. 1. ff. de suis & legit.* decedit. Pacta dota-
lia quoque, gewisse Eheberedungen und Ehestifftungen / consensu
mutuo inita, non contrà rationem naturalem, æquitatem, bonos mores,
Statuta, & Consuetudines locorum erecta; communionem ac successio-
80 nem haud dubie tollunt. *text. est in l. ultimâ Cod. de pact. convenit.* item su-
perventio Liberorum. Ratio naturalis est, ad parentum successionem libe-
ros

ros ex communi eorum voto, vocari *l. 7. §. 1. ff. unde liberi.* Habemus Legem ex perantiquo jure Romuleo, *ap. Dionyſ. Halicarnaſſ. Antiquit. Roman. L. 2. cap. 26.* ut Abrah. à Weſel, *Tract. de honor. Societ. inter Conjug. annotat.* Mulierem, nullis extantibus liberis, viro ſucceſſuram, lex ita jubebat: *Mulierem nuptam, quæ juxta ſacras leges in manum viri conveniſſet, participem eſſe omnium bonorum & ſacrorum, æque ac ille domûs eſſe Dominam, in defuncti bona ſuccedere hæredem, ſi is ſinè Liberis ac inteſtatus decederet; quod ſi Prolem haberet, ex æquo cum Liberis.* Extat ſimilis 81
82 lex lata per Carolum Magnum, *Lib. 2. Legum Longobardorum. tit. de ſucceſſ. §. final. quicunque ex quacunque natione legitimam uxorem accipit, acceperitvè, ſi eam mori contigerit ſinè filiis amborum, vir uxori ſuccedat, & omnia bona percipiat.*

Sepoſita hac quoque de communione bonorum, in iisve inter virum & uxorem ſuccedendi Conſuetudine, videamus quid Conſuetudinis ſit in propoſitâ noſtrâ principali Retractus materia. Et certè ſivè ab uxoris 83
Patre, fratre, ſorore, ac aliis Cognatis immobilia alienata, maritus rectè retrahit, ut in ante dictis apud Joann. Fichard. in *Conſil. German. Conſ.* 34. pulchrè videndum. Pariter diſpoſuit Jus Saxon. Landrecht / *L. 1. artic.* 31. §. wann ein Mann ein Weib nimbt. Christoph. Richter. *Deciſ. 76. n. 38.*
Retracta autem bona denuò fiunt inter virum & uxorem communia, quod 84
ex præcedentibus ſatis pateſcit, utpotè communi pecunia redempta, quæ ſurrogati naturam ſapiunt, per vulgat. Joann. Weſenbec. *Conſ. 79. num. 7.*

Eadem ratione, ſi maſculus adhuc cœlebs fundum ſub pacto Re- 85
tractus conventionalis vendidit, conſummato deinde matrimonio, & pretio emptori reſtituto, redimit fundum; fundus redemptus fit communis, ſivè ſuo, ſivè uxoris pecuniâ redemerit. Conſimilem uſum apud Pictones ſervari teſtatur Tiraquell. *de Retract. ad finem tituli. num.* 164. ibi: *nos autem.* In inferiore Germania quid Conſuetudinibus aut Statutis inductum, 86
recenſet Abrah. à Weſel, *Tract. 2. cap. 2. de quæſt. inter Conjug. Commun. num. 35. & ſeqq.*

Quid ſi Conſanguineus quidem proximus, in aliena vero ditione La- 87
res & vitam fovens retrahat, an & hic admittendus? Negat expreſſis Solmiſches Landrecht *tit.* 12. ibi: item ein Außländiſcher: datque rationem ex indubiâ præſumptione, quod non in ſuum proprium uſum, aut ſui commodi gratiâ, ſed magis alieni, talis retrahat. Verùm hoc in caſu diſtinguendum puto. Vel enim retrahit bonum venditum, ein gantzes Gut v. g. Feudum vel Emphyteuſin cum omnibus pertinentiis, vel tan

tum prædium quoddam particulare, v. g. agrum, pratum, &c. Priore casu Consanguineus admittenduns, nec ulla cernitur ratio, cur excludendus, modò aliàs lege vel expressa Consuetudine non prohibeatur negotiari, cum talis extraneus etiam in suum commodum retrahere præsumatur. Po-
88 steriore casu subdistinguendum: vel enim jam bona quædam in terrritorio possidet, vel nulla; si possidet, iterum admittendus, & ratio præsumptionis cessat; sin nulla, hoc casu non admittendus est, contrà quem haud dubiè hoc in loco stat præsumptio opposita. Vid. Solmisisch Landrecht/ *dict. loc.*

89 Consanguineus præsens alienationi, tacens & non expresse consentiens, quamvis prædium ad emendum ipsi oblatum, retinet nihilominus jus retrahendi. Matth. Wesenbec. *Cons.* 73. *num.* 48. Sic, ex. gr. creditori, qui scit, pignus suum venditum esse, nihilominus permanet actio, ubicunque pignus fuerit, *l.* 8. *§.* 15. *ff. qui pot. in pign. vel hypothec.* Consideratur etenim præsens Consanguineus tanquam extraneus, Henric. Bocer. *part.* 1.
90 *class.* 3. *disput.* 22. *num.* 54. Non obstat, quod præsens & tacens consentire videatur, licet de ejus commodo vel incommodo agatur, qui potuisset contradicere, ut argumentatur in contrarium Fachinæ: *Controv. jur. lib.* 13. *cap.* 50. *& lib.* 8. *cap.* 64. ibi: *tertium est regula, qui tacet consentire videtur* &c. Tacere enim est medium inter duo extrema, nimirum inter expressum consensum & expressam contradictionem; inde propriè tacens nullum eorum agit, nec contradicit, nec consentit. Decius *de Reg.* 184. *n.* 2. Dynus de Muxello, *in Reg. Jur. in* 6. *reg.* 44. Hinc favori suo prose introducto taliter non renunciat. Michaël Nizol. *allegat.* 24. *num.* 8. *&* 9. Ex-
91 tenditur hoc, etiamsi si quis in venditionem quodammodo consensisset; ubi tamen adverte distinctionem datam per Molinæum, citante Reinkingio *Quæst.* 2. *num.* 200. *Tractat. de Retract.* utrum consensus fuerit simplex seu permissivus, ubi adhuc admittitur; an verò dispositivus, ubi pro-
92 ximus retrahens utique tenetur. Ulterius non obstabit proximiori, si ei antè venditionem res emenda fuerit oblata, ut per Molinæum & Reinkingium in *dict. Quæst. n.* 186. ampliatur. Ratio est, quod quis non stringatur vel teneatur ad factam oblationem emere, vel juri suo renunciare, etiamsi dixerit: se in præsens nolle emere. Nam emere nolle, & retrahere nolle, multum differunt. In priori suo favori non renunciat proximus, qui non obstrictus est rem oblatam à Consanguineo suo emere, ut modò dictum, sed exspectare potest, donec alius verè emerit. Habet enim propterea spacium annale deliberandi jure sibi concessum. In po-

ste-

steriori diserte sese declararet, & juri suo renuntiaret. Ita Theodor. Reink. *dict. Qu. ampliat. 9. 10. & 11.*

Ulterius sibi præjudicat Consanguineus vendenti proximus, in 93
casu, quô rem Consanguinei, non hujus, sed suo nomine vendit; & locum habebit regula: quod quilibet favori suo pro se introducto renuntiare possit, *l. penult. Cod. de Episcop. & Cleric. l. penult. Cod. de pact. l. potest. ff. ad L. Aquil.* Id tamen non præjudicaret, si Consanguinei no- 94
mine vendat, & statim retrahat, tanquam proximus, quô casu contrà factum proprium, scilicet retrahendo, non ageret, utpote qui non suo, sed Consanguinei nomine actum egit. Henric. Zoës. *ad ff. lib. 18. tit. 3. de Retract. Consang. num. 59.* Deinde quando mandat proximior (cui jam 95
demandatum à Consanguineo) tertio, ut vendat rem Consanguinei nomine suo, per regulam: *quod quis per alium* &c. Henric. Zoës. *d. l. in fine,* à Retractu excluditur, ut ex præcedentibus colligendum.

Qui Compotationi interfuit, so den Weinkauff hat trincken helffen: 96
adhuc ad Retractum admittitur; dummodo in specie non renunciaverit. Habetur enim tanquam testis. Vid. Reink. *d. Qu. num. 201. & seqq. usque ad num. 214.* Consimile est in Consanguineis subscribentibus in- 97
strumentum Contractus; qui tali etiam modò consentiunt tanquam testes in Contractu adhibiti, non verò renuntiantes Retractui. Theod. Reinking. *sæpè cit. loco num. 214. ampliat. 14.*

Pro Corollario advertendum, quod quis pro alio benè retrahere 98
possit, ut adeò in propriâ persona Retractum nemo sollicitare cogatur. Ita pater pro filio, licet speciale Mandatum non habeat, retrahit. *argum. l. patri 27. ff. de minorib.* & sic consuluit Joann. Fichard. *Consil. German. 34. ibi:* als aber Wolff Leo ein Vatter Valten Horns 2c. Consanguineus pro Consanguineo minore retrahere potest, Tutor pro 99
pupillo, etiamsi hi id fieri ignorent, dummodo ex post facto ratihabeant; idem tenendum est de procuratore cum liberâ, Reink. *d. Q. 2. num. 47.*

Deinde speciale est in hac materiâ, vendentem Emptori de Evi- 100
ctione non teneri, eô, quod Jus retrahendi ex specialis juris permissione Consanguineis competat. Joann. Fichard. *Consil. German. 34. num. 14. quo de latè vid.* Tiraquellus *de Retract. Consangu. §. 1. gloss. 9. num. 34. & seqq.*

CAPUT

CAPUT II.

De Prælatione seu Retractu ratione vicinitatis.

SUMMARIA.

1. *Jus Retractus post Consanguineos competit vicinis.*
2. *Vicini qui dicantur?*
3. *Quæ loca vicina?*
4. *Potior vicinus est is, quem ex parte anteriore domus habemus, & præferendus illi, qui ex domus posteriore parte vicinus est.*
5. *Ruri nobis vicini sunt, qui prædia habent confinia.*
6. *Confinia prædia disterminat interstitium,* der Mittelrein.
7. *Vicinum vicina habere prædia interest.*
8. *Ex mente Boërii is est vicinus, qui cohæret ad unguem.*
9. *Baldus illum non admittit, cui via publica est intermedia.*
10. *Vicino præfertur is, qui est magis vicinus.*
11. *Inter plures convicinos Retrahentes, quando lis oritur, optimum est, ut amicabili compositione ea tollatur.*
12. *Si res commodè divisibilis est, æquale jus habentes eam æqualiter dividant.*
13. *Sin indivisibilis vel difficulter divisibilis fuerit, is præfertur, cujus magis interest rem habere.*
14. *Aliqui concedunt hoc in casu jus præventionis.*
15. *Alii judicis arbitrio rem relinquunt.*
16. *Inter liberos filios præfert filiabus, & juniori seniorem Dav. Mevius.*
17. *Alii respiciunt ad originem rerum Retractui obnoxiarum, undè & à quo eæ provenerint.*
18. *Alii sorti committunt.*
19. *Vicinus in pagis & Communitatibus præfertur extraneo alterius pagi. Si cum vicino concurrat tota Communitas, præfertur primus præoccupans.*
20. *Si prædium venditum sit emphyteuticum vel feudale; arbitrio domini committitur, quem pro Emphyteuta vel Vasallo eligere velit.*

21. Vi-

21. *Vicinus præfertur forensi, & illi, qui non est conterminus.*
22. *Quando in Retractu prædii Emphyteutici concurrunt Consanguineus, Vicinus, & qui habet Jus Congrui, hic præfertur.*
23. *Consanguineus excludit vicinum.*
24. *Prædia confinia diversarum naturarum Judex ex arbitrio adjudicat;*
25. *In Emphyteusi Dominus.*
26. *Resolvitur alius casus ex bonis diversæ naturæ.*
27. *Immediata causa potentior est mediatâ.*
28. *Si plures res immobiles venditæ, Retractus fit in Confines tantum.*
29. *Quod aliter habet, si plures summatim venditæ.*
30. *Pluribus summatim venditis retrahens omnes simul retrahere debet;*
31. *Fertiles cum infertilibus, allodiales unà cum Emphyteuticis.*
32. *Separabilia per accessionem fiunt inseparabilia.*
33. 34. *Vendita bona cum hypothecatis antichreticè possessis simul retrahuntur, quæ retrahens sub eadem conditione & pacto possidet.*
35. *Vicinus non potest retrahere tantum partem de prædio vendito.*
36. *Quod tamen potest Consanguineus, si vendat partem suam in prædio cum extraneo communi.*
37. 38. *Consanguineus debet retrahere omnia simul vendita, etsi quædam non sint avita, quod contra Zoesii opinionem est, qui tantum Consanguineum admittit in avitis.*
39. *Vicinus interrogatus, an emat, si respondit, se nolle emere & retrahere, non amplius auditur.*
40. *Qui tamen audiendus est, si simpliciter in responsione negativa permanserit.*
41. *Vicinus vel Consanguineus cavere debet, quod pro se & suis retrahere velit.*
42. *Dolus à Contractibus debet abesse.*
43. *Dolus quomodo deprehendatur?*
44. *Venditor ad petitionem retrahendis debet jurare, tanti se rem vendidisse, quanti affirmat.*
45. *Quod etiam incumbit emtori.*
46. *Venditor & Emtor ad juramentum non admittuntur, quando contrarium eius, quod dicunt, evidenter probari potest.*

EXtendi quoque Jus Retractus ad vicinos sunt qui affirmant, juxta Constitutionem Friderici 5. *Feud.* 14. Ita Maranta & Cothmannus, apud Joh. Heeser. *de Acquæst. Conjug. P. 2, c. 2, n.* 87. Contrarium

verò

verò communiter doceri apparet ex adductis ap. Reinking. *l.c.q.* 1. *n.* 37. *seqq.* Imò hanc sententiam esse injuriosam, gravem & contra rationem tenet Alexander, *vol.6.Consil.* 173. *num.* 13. ap. cit. Heeser. *d.l.*

2 Dicuntur autem nobis vicini, quorum prædia paries communis disterminat. *l.* 4. *in fin. ff. fin. regund.* Rursus, qui proximitate ædificiorum
3 vel viæ alicujus junguntur, etiam vicini dicuntur. Quæ verò loca pro vicinis habenda, Judicis arbitrio relinquitur. Gl. in c. felicis, in verbo. vicinarum. *de pœn. in 6.* Menoch. *Habit. judic. cas.* 226. *n.* 26. Communiter illa dicuntur talia, quæ ita posita sunt, ut ex unô vox in altero audiri possit. *argum. l.* 1. §. *eodem autem* 27. *ff. ad SCtum Syllan. & Claud.* aut quandò res vel domum ex nostris videre, sive quorum vicinorum gallum cantantem exaudire possumus.

4 In vicinitatis jure ex communi sententia potior is est, qui januam habet ex parte anteriore domus, præferturque illi, qui prædium attingit ex parte posteriore, ibique januam habet. Menoch. *d. Lib. Cas.* 222. *n.* 17.
5 In Rusticis prædiis dicuntur ea prædia confinia, quæ nullo pariete divisa, sed contigua sunt, vulgò anstossende Güter/ eorumque vicini die An-
6 stösser. Sic hac ratione sunt confines agri, qui se iisdem finibus attingunt, quandoquidem velut linea quadam intelliguntur distincti, quæ alio nomine vocatur interstitium, item terminus, ut *in l.* 13. *ff. eod.* legitimum spatium. *l.* 14. *ff. de servit. urban. præd.* 11. *C. de ædif. privat.* intervallum, *d.l.* & *L.* 12. §. 3. *ff. eod.* inter capedo. *d. ll.* In hortis sunt sepes. In prædiis urbanis nostro sermone vocamus, eine Scheid/ Scheidung/ in Rusticis
7 ein Mittelrein. Interest autem publicè & privatim, vicinum vicina, & confinem confinia prædia comparere, ne forsan malus *ei obtrudatur* vicinus. *l. final. Cod. de pact. inter Emt.* & molestum vicinum admittere nemo cogitur. Plurima vicinorum incommoda recenset Petrus Gregor. Tholosan. *Syntagm. lib.* 4. *cap.* 24. *n.* 8. *seqq.* & Ernst. Gockel. *de Europæis Regib:*
8 *cap.* 6. Fundum pro vicino habet Boër. *Decis.* 322. *num.* 1. qui cohæret ad unguem, ita ut nihil sit medii. per *l.* 4. §. *hoc indicium. ff. fin. regund.*
9 post Bart. ibid. & Bald. *in Tractat. de Jure postlimin.* ubi tenet Baldus, si via publica sit in medio, vicinum in medio emendo non præferri. Sentiendum tamen potius cum Cæpolla, *ibid.* à Boërio *cit. in tit. de Ripa & tit. de via, qu.* 20. qui docet, via non obstante, eum pro vicino haberi, qui proximè habitat, idque tanto magis, cum vicinio, nullus adest. Indè
10 præ vicino simpliciter tali alium magis vicinum proximiorem ad Retractum vocamus. *l.* 4. §. *si tam vicinum* 9. *ff. de damn. infect.* Joh. Heeser.

de

de Acquæst. Conjug. P. 2. loc. 5. n. 52. Ortâ controversiâ inter plures vicinos, 11
quorum quisque jus prælationis in fundo vendito prætendit, primùm est,
ut amicabili compositione lis tollatur, quod ipsum etiam ad Consangui-
neos plures adplicandum est. Casp. Ziegl. *de Offic. Judic. Conclus.* 22. Com-
positione frustra tentatâ, si res commodè dividi potest, divisio institua- 12
tur proportione secundum longitudinem & latitudinem inter eos ob-
servata, in quantum cujusvis fundus attingit, eo quod unicuique consue-
tudo æquale jus tribuat. *arg. l. si plures. 98. ff. de legat.* 3. Dav. Mev. ad J.
Lub. *Lib. 3. tit. 7. art.* 1. *n.* 42. Carpz. *P.* 2. *C.* 31. *d.* 10. *n.* 3. *& alii.* Quid autem
si res planè indivisibilis sit, aut non commodè vel difficulter dividi possit; 13
Eo casu videndum, cujus magis intersit, ut illam unus præ aliis habeat;
id quod pluribus ex rationibus vel circumstantiis judicari potest, maximè
si consideretur, ex pluribus contendentibus unum majori damno af-
fici, incommoditatemve majorem, quàm cæteros pati, nisi utriusque fun-
di vicini conjunctione ea evitentur, ubi tali magis favendum, quàm cæ-
teris in lucro tantum captando constitutis. Sunt, qui præferentiam primo 14
quærenti, qui præoccupans vocatur, tribuunt; ut Tiraquell. §. 11. *Gloss.*
10. *n.* 4. Theod. Reinking. *d. tr. qu.* 2. *n.* 84. Carpz. *d. P.* 2. *C.* 31. *Dec.* 10.
d. 7. Mev. *d. l. n.* 43. *& alii aliis citati.* Alii Judicis arbitrio rem commit- 15
tunt, inter quos Jac. Menoch. *de retinend possess. remed.* 3. *n.* 775. *& seqq.*
conf. & Mev. *c. l. n.* 45. qui vult præferri fratrem sorori, senioremque 16
Juniori. Iterum alii volunt, respici debere, an res sit avita, ut Daniel Mol- 17
lerus, apud Carpz. *cit. loc.* quod nostri mores in Buchonia non attendunt;
prout jam supra dictum. Denique sorti committit æquales gradu & vicini- 18
tate Struv. *Decis. Sabbath. cap.* 16. *de Contract. in quibus fortuna miscetur.*
Dec. 37. & Tiraquell. *d. l. cum aliis* de quibus Joh. Heeser. *de Acquæst.*
Conjug. P. 2. *loco.* 5. ferè per totum, ubi *num.* 28. *& seqq.* ex Berlichio plures
recenset casus, & docet, quisnam præferendus sit, ubi res commodè dividi
nequeant. Rusticus, qui in pagis his vocatur vicinus, ein Nachbauer / ven- 19
didit bona sua v. gr. eine Schenckstätt & similia, extraneo non ejusdem
communitatis vel pagi homini, einen so kein Nachbauer von dieser Ge-
meind ist. Quidam vicinorum retrahit, cum quo postea concurrit tota
Communitas, quæritur, quis præferatur? In hac quæstione examinan-
dum est, utrum Jus Præoccupationis sive Præventionis consuetudine sit
inductum, cui omninò standum & præoccupanti res cedit. *arg. l.* 4. *Cod.*
qui pot. in pign. Quod si alia subsit ratio, puta si bona sint Emphyteutica, 20
Feudalia, vel his similia, in domini directi arbitrio erit, quem potius pro

 Emphy-

Emphyteuta vel Vaſallo habere velit, & is, qui domino canonem præſtat, meritò præfertur confini *c. ſancimus de Conſtitut.* Frideric. *de Jur.*
21 *poſtlim. in uſib. feud.* Joan. Köppen. *Dec.* 52. *n.* 9. Porrò præfertur vicinus non vicino, & illi, qui non eſt ejusdem jurisdictionis, uti forenſis, item non vicino præferuntur contermini: **Nachbern einer Fluhr und Bezircks** *per l. un. C. non lic. habitat. Metrocom. lib.* 11. Rauchbar. *P.* 2. *qu.* 22. *n.* 8. Hujusmodi alienationes in multis Civitatibus aliisque Communitatibus ſpecialibus ſanctionibus circumſcriptæ ſunt, propter incommoda, &, quæ facilè indè ſequuntur, rixas, cum non tam facilè ab extraneis quàm incolis Contributiones exigi poſſint. vid. And. Gail. 2. *obſ.* 19. *n.* 3. Imò omninò ejusmodi alienationes ac translationes dominii prohiberi poſſe patet ex *l. ſi in emtione* §. 1. *in verb. mores civitatis ff. de contrahend. emt. l. dudum. C. de contrah. emt. in verb. niſi lex ſpecialiter.* Gail. *ibid.* **Es ſoll kein Bürger oder Einwohner dieſer Stadt Dorffs oder Fleckens / Güter denen Ausländiſchen verkauffen.** Ahasver. Fritſch. *De diſtrict. univerſitat. agror. cap.* 8. §. 9 cujus ſpecies ſingulariter nominatur Retractus territorialis: **die Marckloſung /** de quo Henric. Bocer. *P.* 1. *Claſſ.* 3. *diſp.* 22. *num.* 9. *ſeqq.*

22 In alienatione prædii Emphyteutici vel ſimili, concurrentibus juribus ex diverſis cauſis, ut ſi hic ex capite Conſanguinitatis, alter ex jure Vicinitatis, tertius ex jure Congrui in ſpecie ſic dicti, quis prælationis jure gaudeat, commodè quæri poſſet? Et quia ſeparatarum cauſarum ſeparatus eſt effectus *l. ſi maritus C. de donat. int. vir. & uxor.* convenit, ultimum præferri cæteris, nimirum jus Congrui habentem, id quod praxis quotidiana docet; & ſpeciali edicto *de bonis redintegrandis* cautum. Majorem etiam favorem habent bona ſeparata, ut reuniantur, quam Conſanguinitas; ut taceam, majus Privilegium eſſe rerum, quàm perſonarum; etiamſi interveniat quartus ex Conventione, utpote qui ſcire debet,
23 jus ex ſpeciali privilegio quæſitum mihi auferri non poſſe. Vicinus
24 Conſanguineos excludet. Chriſtoph. Richt. *Dec.* 76. *n.* 88. Quid ſi confinia prædia diverſæ naturæ ſint, ita ut fundus venditus, pratum, hortus, ager vel vinea ſit, vicinus ſaltus vel nemus? Hoc in caſu ad arbitrium boni viri recurrendum cenſeo. *arg. l. item labeo.* 22. §. 1. *l.* 25. §. 20. *ff. fam. hercisc.*
25 nec, quid hic ſubtilitas juris, ſed quid æquitas ſuadeat, videndum. Si de prælatione in Emphyteutico prædio quæſtio occurrat, à Domini directi voluntate dependet, quem magis habere velit pro Emphyteuta, ne agnoſcere invitus aliquē teneatur. Conf. Jo. Heeſer. *de Acquæſt. Conjug. P.* 2. *loc.* 5.
26 *n.* 53. Dubium eſt, ſi v. gr. Titius habeat pratum ad profluentē Mevii & Caji:

Cajus vendidit suam inferiorem partem profluentis Sempronio extraneo; Titius & Mevius contendunt de prælatione ob vicinitatem & adjacentiam: Quæritur, quis præferendus? Rationibus sanè non levibus primò intuitu videtur, Titium prati dominium præferri debere Mevio, domino profluentis; Ille enim propter inundationem ripam utramque, ne pereat, munire tenetur. Mevius contra magis curabit, aquam suam dilatare, vexando ripam, conculcando aggeres, sepes, herbas, & solummodo lucro piscium capiendorum inhærebit; utrum in prato damnum creet, parum aut nihil curabit. Verum enim verò his non obstantibus Mevio prælatio adjudicanda est, contra, quem ne ripas vexet, Titius facilè remedium inveniet, *ex l. ren. C. de Nili agger. non regund.* vid. Jodoc. Damhuder, *Praxi Crim. lit. de agger. rupt.* Matth. Coler. *Decis.* 171. *De Jure Sax.* vid. Landrecht *lib.* 2. *artic.* 16. 3. Stringit, quod aqua in uno continuo & contiguo idem corpus materiale, nec non ejusdem qualitatis est, quæ diverso jure non censenda. Menoch. *Arbitr. judic. Quæst. L.* 1. *quæst.* 37. *n.* 8. Natura enim rei, non accidens spectandum. Menoch. *L.* 2. *cas.* 201. *num.* 69. & immediata causa semper potentior mediatâ. Consil. Marpurg. 2. *cons.* 27
14. *n.* 144. Quotiescunque in aliquo actu duæ concurrunt causæ, quarum una proxima & immediata, altera remota vel mediata est, tunc effectus attribuitur propinquæ, & non remotæ causæ. Roland. à Valle, *Cons.* 52. *vol.* 2.

Re viciná venditâ, unà cum pluribus aliis non vicinis, confinis non 28
tenetur res non vicinas simul per Retractum sibi comparare, maximè ubi nulla retrahentis vicini commoditas intervenerit. Rationes vid. ap. Zoësium, *Comment. in L.* 18. *ff. ad Tit.* 3. *de Retractu Legali, n.* 36. *p.* 395. Quid enim mihi cum rebus aliis in locis sitis, qui beneficium habeo ex jure rerum ut Confinis? Conf. Lynck. *Analect. ad Syntagm. Civil.* Struv. *lib.* 18. *tit.* 3. *thes.* 41. *in verb. de Retrovendendo.* Favor certæ rei attributus ad dispositionem conjunctam non extendendus. *argum. l. si ita scriptum* 16. *ff. de manumiss. testam.* nisi plurima bona una emptione German. im Bogen 29
und Bausch vendita fuerint: ubi, si quis multa prædia conjunctim ven- 30
dat, durch einen Gesambtverkauff/ oder im Bogen und Bausch? retractere volenti non permittitur, quædam eligere & alia ementi relinquere. Theod. Reincking. *de Retr. Quæst.* 3. *n.* 137. *limit.* 5. Maximè in venditio- 31
ne fertilium cum sterilibus. *l. qui inutilia.* & *l. quisquis Cod. de omni agr. desert.* vel allodialium cum Emphyteuticis, ex quibus ad duplex Retrahens teneretur Laudemium, ut infrà dicetur. Hic enim spectatur princi-

palis intentio ex parte tàm vendentis, quàm ementis, quorum intentio facit dispositionem favorabilem vel odiosam. *l. qui exceptionem, & ibi DD. ff. de condict. in deb.* Nam omnis actus ab agentium intentione judicatur. *l. 1. Cod. ad L. Cornel. de Sicar. l. si quis nec causam ff. si cert. pet.*
32 Sic, quæ sui naturâ sunt separabilia, ratione accessionis fiunt individua. *l. final. §. fructus ff. quæ in fraud. credit.* Undè patescit, res plures unico pretio venditas simul retrahi oportere. Vid. Tiraquell. *de Retr. §. 23. glossa 1. num. 1. & seqq.* Reink. *d. l. n.* 148. & *Ordinat. Hasso-Darmstadin. Tit.* vom Abtrieb: §. item wann etliche Güter & *Solmensi. Tit.* 12. §. item wann Güter. ubi expressè disponitur, omnes res simul venditas simul retrahi.
33 Quæritur, si in pluribus rebus simul venditis quædam sunt prædia jure antichretico, versetzte Güter/ à vendente tradita, quid juris? Et respondetur: sive conjunctim, überhaupt oder im Pausch/ sivè separatim sint
34 vendita, emens nihilominus tanquam possessor hypothecarius possidet, transitque res cum suo onere vel causa in ementem. *l. si res 3. & l. si debit. 4. ff. quib. mod. pign. solv.* in cujus vestigia ingreditur Retrahens. *l. si convenerit. §. si fundus ff. de pign. act. l. alienatio ff. contrahent. emt.*

35 Ad partem prædii venditi vicinus minimè admittitur, Andr. Tira-
36 quell. *§. 23. gloss. 2. n. 2.* Quod omninò verum est in prædio uno contiguo. Secus obtinet in Consanguineo, maximè, si ex. gr. Titius cum Mevio simul rem communem vendidit, quam forte ambo comparaverant, ubi pro parte tantum retrahit, in qua est præferendus jure Consanguinitatis, quem casum ponit, & prosequitur Tiraquell. *dict. §. 23. gloss. 2. n. 6.*
37 Dubitatio hic incidit, si Consanguineus vendat bona avita, unà cum aliis non ejusdem conditionis, quæ v. gr. ab extraneo comparaverat, an liceat proximo unam ex illis, rem nimirum avitam retrahere, neglectâ alterâ diversæ conditionis, an verò omnia simul retrahere teneatur? Sunt, qui negant, sunt, qui affirmant; Nobis posterior sententia placet; quia Contractus unus est, ut in præcedentibus modò dictum, ideò non dividendus. Sic etiam consuetudine nostra Buchonicâ obtinet, ut in omnibus bonis Consanguinei venditis, etiam non avitis seu patrimonialibus, locum habet, ut omnia simul retrahantur; Nam inspicimus tantùm, an vendita res sit à Consanguineo, dummodo ejus propria fuerit & non alie-
38 na. Andr. Tiraquell. §. 1. *gl. 1. n.* 18. Contrarium tenet Henrich. Zoës. *Tr. de Reb. Consang. num.* 72. utpotè in solis bonis avitis locum sibi vendicare Retractum, statuens.

Vici-

Vicinus interrogatus, utrum sibi vicinum & confine prædium emere velit, ubi respondit, se nolle emere, an nihilominus ad Retractum admittendus sit iterum quæritur? Respondetur, vel vicinus in Responsione negativa simul renuntiavit suo sibi competenti juri Retractus, dicendo, se nec emere nec retrahere, & taliter non amplius admittitur, utpote qui suo juri & beneficio per expressum renuntiavit. *l. penult. Cod. de Episcop. & Cleric. l. penult. Cod. de Pact. l. potest. ff. ad L. Falcid.* Vel simpliciter tantum negativè respondit, se nolle emere, & nihilominus admittitur in Retractu, eo quod aliud sit, emere nolle, aliudve retrahere nolle. Christoph. Lud. Dietherr. *Contin. Thesaur. Pract.* Besold. voc. Nachbarn *& ibi citat.* Gail. Mastrill. *Dec.* 30. Confer hic, quæ dicta sunt supra §. Consanguineus præsens alienat. tacens. Præterea, cum quandoque Retrahentes, vicini sint an Consanguinei idem est, callidè agant, quod sincerè faciendum, si nimirum pro aliis magis retrahere student, quàm pro se suâque utilitate; ergò cavere debent, vel probare, verè, non dolosè nec simulatè pro se & in suorum commodum usumve se retracturos. Rectè enim Emtores in casu suspicionis sibi, cautione à Retrahente præstitâ, prospiciunt, quæ, petitô juramento super veritate dicenda non exigitur. Dicô in casu, quo petitur. Nam hoc facto jusjurandum denegari non potest, ut omnis fraus, calliditas, dolusve, sivè verus sive præsumtus omnimodò in Contractibus evitetur. *l. sed et si.* 11. §. *quod autem in fin. ff. ad exhibend. c.* 2. *X. de dolo & Contum.* Deprehenditur autem fraus dolusve ex argumentis, conjecturis, indiciis, præsumtionibus & verisimilibus. *l. dolum C. de dolo.* Andr. Tiraquell. *P.* 1. *de Retract. Consangu.* §. 5. *gloss. un. num.* 4. Jacob. Menoch. *de Præsumt. L.* 1. *quæst.* 58 *n.* 9. *&* 10. *L.* 5. *præsumt.* 3. quod cæteroquin judicis arbitrio relinquitur. Menoch. *dict. præsumt.* 58. *n.* 20. vid. latè Mascard. *de Probat. Concl.* 815. *p. t. vol.* 2. specialiter ita quoque tenet Solmisch Landrecht *Tit.* 12. §. Und dieweil: ibi: soll der Abtreiber auch zu GOtt schwehren / daß er begehrten fürhabenden Abtrieb / ihme selber und niemand anderen / auch zu seiner selbst Nothdurfft und Gebrauch zu thun / fürhabe / oder gethan habe / und darunter kein gefährlicher Betrug noch Argelist gebrauchet worden 2c. Conf. Theod. Reinking. *de Retr. quæst.* 2. *n.* 507. *& seqq.* 39 40 41 42 43

E contrario adstringitur venditor, facta petitione, juratò deponere de vero pretio convento & accepto; quo pertinet eadem Constitutio Solmensis, *dict. Tit.* 12. Cujus verba hic recitari merentur: Wo jetzt gedachte Par- 44

te Partheyen hierinnen einigen bösen Verdacht auff einander hätten/ und einander nicht vertrauen wolte/ daß sie Macht haben sollen auff den Ayd sich zu ermahnen/ welchen Eyd dieselben auch/ da es also erfordert würde/ einander für Gericht zu leisten schuldig seyn sollen; Nemlich der Verkauffer/ daß er recht und auffrichtig verkaufft/ auch die Kauff-Summa so hoch seye/ wie es gegeben worden/ und daß sonst darunter kein gefähr-
45 licher Betrug noch Argelist gesucht noch gebraucht worden. Idem juramentum ab emente præstandum, si exigatur, quo tamen præstitô adeò Retrahens stare non tenetur, ut ad probationem in contrarium non admittatur. Tiraquell. §. 4. *gloss.* 1. *n.* 1. ubi & limitationes vid. *num.* 13. &
46 *seqq.* Quæ tamen non admittuntur, si probatio fiat per evidentiam rei & aspectum, verbi causa: ex inspectione Instrumenti super Contractu emt. vendit. initi. Tiraquell. ibid. *n.* 37. post Azonet Bald. *in l. contra negantem, in fin. Cod. ad L. Aquil. & in rubric. Cod. de Probat. vol.* 1. *versic. redeo igitur ad primum.* ubi dicit, talem probationem. Item, tanti valoris, dem gemeinen Kauff und Lauff nach/ rem esse.

CAPUT III.

De Prælatione ratione Dominii.

SUMMARIA.

1. *Protimisis competit Domino in Feudis,*
2. *Et in Emphiteusi,*
3. *Emphytenta debet primo offerre rem Emphyteuticam suo Domino,*
4. *Dominus intra duos menses debet se declarare, an Emphyteutica bona emere vedit, vel non.*
5. *Fructus Emphyteuta cuicunque velit, vendere potest, quod limitatur.*
6. *In donatione rei Emphyteuticæ Dominus prælationem non habet, quod idem est in permutatione.*
7. *Hoc aliter se habet in venditione.*
8. *Andr. Fachin. contrarius, explicatur.*

9. In

9. *In bonis Emphyteuticis oppignoratis Domino jus Protimiseos, competit.*
10. *Domino ex causa servitiorum & aliorum onerum bona subditorum tacitè sunt oppignorata.*
11. *Bona Emphyteutica & Censitica sinè consensu Domini hodiè non possunt oppignorari.*
12. *In Feudis quid obtineat, ulterius deducitur.*
13. *Dominus in Feudo præfertur extraneo emptori, etiamsi in investitura Vasallo permiserit Feudum cuicunque vendere.*
14. *Per licentiam alienandi, Domino jus aperitur, per quod præferendus est extraneo.*
15. 16. *Agnatus, qui Contractui Empt. vendit. simpliciter subscripsit, adhuc retrahit, ex eo, quod tanquam testis, non tanquam agnatus subscripsisse præsumatur.*
17. *Quod eodem modo intelligitur de vicino subscribente.*
18. *Si Dominus & Agnatus in Retractu concurrant, agnatus Domino præfertur.*
19. *In bonis Censiticis Dominus præfertur extraneo.*
20. *Ob non solutum canonem Emphyteuta post triennium in seculari, in Ecclesiastica post biennium Emphyteusi privatur à Domino.*
21. *Cui tamen præfertur agnatus.*
22. *In Feudo commisso distinguitur per DD.*
23. *Sed aliter hodiè observatur.*
24. *Jus Protimiseos competit ulterius Domino & Fisco in metallis venditis.*
25. *Qui & præferuntur vicino in metalli fodina derelicta.*
26. *Ex consuetudine hodierna Dominus territorialis vel sibi ipsi reservat metalli fodinam, vel reservato decimandi jure privato relinquit.*
27. *Prælatus præfertur extraneo in Feudo vel censu suæ Ecclesiæ.*
28. *Dominus præfertur quoque in operis extraneo locari solitis.*
29. *Dummodo quatuor conditiones appositæ concurrant.*
30. *In concurrentia Domini territorialis & directi circa operas rusticas præfertur territorialis.*
31. *Operarum divisio.*
32. *Ratione modi sunt manuaria, & quæ jumentis præstantur.*
33. *Quorum loco quandoque pecunia datur.*
34. *Pecuniæ quantitas non ubique eadem solvitur, sed respicitur ad qualitatem & quantitatem servitiorum.*
35. *Dividuntur nostri rustici in* Hof-Baurn *&* Dienst-Bauren.
36. *Tenentur de toto prædio totum instruere currum,* einen gantzen Dienstwagen/ *& sic proportionatè.*

37. Ho-

37. *Hodiè apud nostros statutum est, ad libitum Principis vel pecuniam vel operas in natura præstare.*
38. *Modus exigendi operas non est mutandus.*
39. *Subditus tenetur ad interesse Domino, si damnum patitur ex denegato servitio.*
40. *Illimitatæ operæ ad beneplacitum Domini exiguntur.*
41. *Ad operas insolitas rustici haud tenentur.*
42. *Ex consuetudine Rustici absque victu ad excubias tenentur.*
43. *Item ad prosecutionem hostium, latronum &c.*
44. *Item* die Jagt-Folge.
45. *Nobilis possidens prædium Rusticum tenetur ad ea, quæ prædio inhærent, onera realia.*
46. *Privilegia Nobilium sunt personalia.*
47. *Quò non pertinent Contributiones, quæ dantur ex prædiis.*
48. *Jus Retractus porrò obtinet per provisionem hominis, ex testamento & conventione.*
49. *Ex Conventione datur actio personalis ex vendito.*
50. *Ex Testamentario Retractu verò vindicatio, item Actio hypothecaria.*
51. *Denique obtinet jus Retractus in Societate, de quò remissivè.*

1 QUantum ad favorem personarum datur ulterius Prælatio Domino directo in Rebus Feudalibus. *cap. un. §. donare 2. qualiter olim feud. poter. alien. vers.* porrò Carpz. *part. 2. constit. 31. def. 6.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 43. num. 21.* & *part. 2. qu. 22. n. 8.* Hartmann. Pistor. *part. prior. Feudal. quæst. 11. & 12.* Matth. Berlich. *part. 2. Conclus. 6. & Feudistæ in c. Titius si de Feud. defunct. content. 2. Feud. 26. c. 1. §. sed etiam*
2 *per quos fiat invest. 2. feud. 3.* & Emphyteuticis extraneo venditis. *L. cum dubitatur. 3. Cod. de jur. Emphyteut. & DD. citati.* add. Carol. Molin. *in Consuet. Paris. §. 13. per tot.* Quamvis enim Emphyteuta tanquam Dominus utilis, alienandi potestate gaudeat, *Text. & DD.* apud Andr. Rauchbar. *part. 2. quæst. 22. num. 16.* modo in solvendo annuo canone nullum
3 Domino suo directo damnum exindè proveniat, nihilominus tamen huic suo Domino, utrum Emphyteusin præ aliis emere velit, opus habet, ut
4 indicet, qui duorum mensium spatio mentem suam declaret, an ipse emere, an verò extraneum admittere ei consultius sit; alias venditio irrequisito Domino peracta non subsistit, sed potestatem redimendi habebit. Ita Jus Justinianeum *l. 3. & l. ult. Cod. de jur. Emphyteut.* constituit. Zenonis verò tempore omnis alienatio libera & cuique facultas fuit, cum suo

agere,

agere quodcunque libuerit. *l. 1. ff. ſi ager. vectig.* §. 3. *Inſtit. de Locat. l. 1. Cod. fund. patrimon.* In fructibus Emphyteuticis Emphyteutæ quidem ple- 5
num eſt dominium, & nulla alienandi prohibitio, ita, ut cuicunque vendere poſſit. Carpzov. 2. *Conſtit.* 51. *defin.* 10. Matth. Berlich. 2. *Concluſ.* 39. *num.* 42. & 43. Dav. Mev. Jus Lubec. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 23. Ex quorundam tamen ſententia etiam in his Domino protimiſis conceditur, ita ut fructus potius videantur Domino quam alii, juſto tamen pretio. Andr. Rauchbar. *part.* 2. *qu.* 22 *num.* 11.

Atque ita diſpoſitum in fundo Emphyteutico vendito; num verò 6
etiam in donato vel permutato? Negatur in donato, ubi nequidem opus habet offerre rem Domino, ubi donans ſibi vult obligari Donatarium. Idem obtinet in permutatione, ubi Emphyteuta affectat habere rem permutantis & ejus commoditatem, quæ ſi abeſſet, forte non permutaturus, Chriſtoph. Richt. *Deciſ.* 138. *num.* 9. In venditione hæ rationes ceſſant, 7
dum, quid hic Emphyteutæ interſit, à Domino pretium accipiat, an ab alio emente, non curatur. Arnold. Vinn. *lib.* 2. *quæſt. ſelect. cap.* 2. quamvis Andr. Fachinæus. *lib.* 3. *Controverſ. cap.* 97. & *lib.* 6. *cap.* 98. con- 8
trarium ſentiat, motus authoritate textus in *l.* 3. *Cod. de Jur. Emphyt.* in in verbis: *Minimè licere Emphyteutæ ſinè conſenſu Domini Meliorationes ſuas aliis vendere, vel jus Emphiteuticum transferre.* ubi verbum *transferre* etiam donationem includere autumat. Enimverò verbum hoc ad venditionem ſolam pertinere, ex particula *vel* & ſequentibus concluditur; quibus id prohibitum, ſi jus Emphyteuticum Emphyteuta ſine conſenſu Domini velit aliis vendere. Arnold. Vinn. *Quæſt.* 2. Igitur ex veriori ſententia his duobus donationis & permutationis caſibus, Dominus offerendo æſtimationem non præfertur. Jul. Clar. *ſentent.* §. *Emphyteuſis quæſt.* 36. nec ſemper valet argumentum à venditione ad donationem. *l. non debet.* 21. *ff. de R. I.* Melioramenta & expenſas Vaſallus & Emphyteuta faciunt ſuas. vid. Jacob Menoch. *Conſilior.* 7. *Conſil.* 689. *Arbit. judic. caſ.* 258. Nic. Boër. *Deciſ. Burdeg.* 44. Peregrin. *de Fideicommiſſ. art.* 50. *per tot.* Anton. de Petra, *de Fideicommiſſ. quæſt.* 15.

Oppignorata bona quamvis retrahi nequeant, Dominus tamen præ 9
extraneo Creditore ea luere poteſt. Expedit enim, Emphyteutica bona magis apud eum quàm hunc ad luitionem usque manere; qualiter conſuluit Matth. Weſenb. *Conſil.* 75. *num.* 3. & tum maximè id obtinet quando nulla probabilis ſpes ſupereſt, debitorem oppignorantem rem luiturum. Eſt enim Dominus quaſi prior Creditor, cui bona ſubditorum ex cauſa ſer- 10

vitio-

vitiorum & aliorum onerum tacitè sunt obligata. Salicet. *l. 2. c. sine censu vel reliq.* Bald. §. 1. *num. 16. vers. tacitè obligata, de pac. constant.* attamen
11 bona Emphyteutica, Censitica, & quæ similia sunt, absque Domini consensu hodiè ab Emphyteutis & Censiticis nostris non firmiter oppignorantur; *ut infr. cap. 5.* de Jure Congrui plenius dicemus.

12 In Feudo vendito Dominum extraneo præferri supra vidimus, id quod certò æquitas suadet, ut, penes quem est dominium directum, is quoque prælationem obtinere possit, propter consolidationem, quàm sententiam communem dicit Jo. Köppen, *Decis. 52. num. 41.*

13 Extenditur hoc, etiamsi Vasallus, vi investituræ, vel aliàs ex acto, licentiam habeat vendendi, aut alio modo alienandi Feudum cuicunque voluerit. Per hoc enim non privari dominum jure suo, etsi concesserit talem alienandi facultatem, docet inter alios Matth. Wesemb. *d. l. num. 46.*
14 Quin potius viam sibi aperit in alienationem consentiendo, neque sibi præjudicat, dum Consensus simplex & permissivus tantum intercedit. Carol. Molinæus, *in Consuet. Paris. Tit. 1. §. 13 gloss. 1. n. 10.*

15 Et hoc pariter concludendum in Agnatis, qui quamvis Contractui alienationis etiam subscripserint, modò subscriptio simpliciter facta, pro consentientibus tamen haud habendi; utpotè cum non tanquam renunciantes juri pro se introducto, sed tanquam testes se subscripsisse censeantur.

16 Quod fallit, si subscribant non tanquam testes, sed tanquam Agnati, quô casu concludenter colligitur, eos prælationis juri renuntiasse, quod evitari potest, clausula addita: *Salvo jure meo*: Sam. Stryck. *Ex. Jur. Feud. cap. 20 quæst. 17.* & Struv. *Syntagm. Jur. Feud. cap. 13. thes. 19. num. 1.*
17 Ampliatur ulterius in vicino, qui Contractum tanquam testis subscribit. Richt. *Dec. 138. num. 35.*

18 In concurrentia Domini cum Agnato Vasalli adeò consuetudinibus Feudorum convenit, ut ille excludatur. *in cap. 1. §. porrò Feud. 2. tit. 9.* ibi: in prohibendo autem, vel redimendo potior erat proximi Agnati quàm Domini conditio. Andr. Tiraquell. *de Retract. Consangu. §. 21. gloss. un. num 1.* & quas ibidem recenset consuetudines Galliæ. Cujac. apud Andr. *Controv. L. 7. cap. 17. in f.* ubi ait: *Si in jure protimiseos concurrant Agnatus & Dominus Feudi, vel Emphyteuseos vel Census, Agnatus præfertur.*
19 Verùm tantundem juris Dominus directus in bonis censiticis, si vendantur, sibi comparat præ extraneo, quando rationabilibus de causis recusare,

vel

vel in numerum subditorum recipere nolit ementem, ob difficilem forsan canonum ac Laudemiorum consecutionem. Carpzov. *Jurispr. forens. P. 2. constit. 31. defin. 7. n. 6.* Rauchbar. *P. 2. qu.* 22. *n.* 11. Si res propter non 20
solutum canonem per triennium in Emphyteusi seculari, in Ecclesiastica per biennium, de jure scripto cadit in commissum. *l. 2. C. de jure emphyt. authent. qui rem. Cod. de SS. Eccles.* & res possessori ademta: Quæritur, annon concurrens possessoris, qui amisit, Consanguineus proximus Domino directo vel ejus fisco præferatur? Cum Gregor. Tholosan. *Synt.* 21
lib. 26. cap. 6. num. 2. & Boërio *Dec. Burdegal.* 279. *num.* 1. affirmatur, & communem hanc esse consuetudinem tenet Chassanæ. *in Consuet. Burgundic. tit. de Retract.* §. 10.

In Feudo distinguitur per Tholosan. *d. l. n.* 3. Vel enim id cadit in 22
commissum propter delictum perpetratum in Dominum aut suos, quô casu Dominus Consanguineo præfertur; vel Feudum cadit ex negligentiâ Vasalli, ob nullam ab eo factam recognitionem, aut non petitam post annum & diem investituram, ubi proximior Consanguineus præferendus. *per text. express. in §. fin. 2. Feud. tit.* 24. quæ fuit prim. caus. benef. amitt.

Hodiè plerumque cum Vasallo investituram statuto tempore non 23
petente mitius agitur, qui, priusquam privatur, literis monitoriis compellitur, quibus spretis, via alia ulterius proceditur, Domini in bonorum Feudalium possessionem immissione. In Gallicis usibus observari, ut Dominus possessionem apprehendat, donec fidelitatem promisit Vasallus, testatur Tholosan. *d. l. n. 4. in fin.* & ibi Boër. Chassanæ, & alii.

Verisimiliter extenditur prælationis jus quoad dominium, Domi- 24
nis territorialibus, seu illorum fisco, in venditione metallorum. *l. 1. C. de metallariis. & metallis & procurat. metallor.* Quid si quis privatus metalli fodinam aperire velit? Respondetur, Principem territorialem vi Regalium, privatum in fodiendo prohibere, atque ipsum prosequi metalla. Regner. Sixtin. *Regal. L. 2. cap. 16. num. 27. & 28.* modò locus ad aperiendam metalli fodinam sit publicus. In privato fundo, qui dominium habet, fodinas habere fructusque inde capere potest. *l. item. l. si fundi. §. sed si lapidicinas. l. 13. aequissimum. §. indè quæsitum ff. de usufruct. l. 3. §. fin. & l. 4. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* Aliud esset, si fundi Dominus priva- 25
tus in fodiendo cœpisset, & deindè cessaret, quô casu dominium territoriale habens si cum vicino fundi in prosequendo concurrat; ille vi Jurisdictionis & protectionis in singula privatorum prædia, præferendus;

quô

quò etiam facit utilitas publica, & quod Regale decimarum in metallis & suo territorio effossis habent Domini. Regn. Sixtin. *d. cap. num.* 66. quem secutus Herm. Hermes *Fascic. Jur. Publ. C.* 12. *num.* 33.

26 Hodiè consuetudine inductum, ut in Domini territorialis arbitrio sit, vel ex privati Metallifodina percipere decimas, vel totam sibi ipsi reservare fodinam. Carpz. *P.* 2. *Constit. Elect.* 53. *defin.* 1. Struv. *Jur. Feudal. c.* 6. *Aphor.* 26. *n.* 3. Svveder. *Jur. Publ. P. spec. sect.* 2. *cap.* 15. §. 12. Ludov. Fachin. *different. Jur. Civil. & Sax. L.* 2. *part.* 6. *differ.* 7. Plura de hac materia vid. apud Regn. Sixtin. *dict. cap.* 16. *de Regalibus.*

27 Ampliatur nostrum Prælationis jus in Prælato, si Feudum vel Census Ecclesiæ suæ per possessorem vendatur extraneo, quod utilissimè procedit, maximè, quando pro bono & commodo Ecclesiæ sibi concredi fieri convenit Prælatus; ut notanter Masverius *Practic. forens. Tit.* 28. *n. ult.* ex Bartol. *ad l.* 1. §. *usufructuarius in fin. ff. de oper. nov. nunciat. & C. præsertim. de testibus Lib.* 6. *& per innocent. de offic. ord. c. conquerente & ibi glossa.*

Cùm ex prædictis luculenter appateat, Jus nostrum Retractus in prælatione versari, ac etiam Præferentiam seu Jus Præhonorarium appellari, non inconcinnè quæstio hùc annectenda venit de Præfe-
28 rentia Domini in operis pro certa mercede aliis extraneis à suis subditis locari solitis. Quamvis autem regulariter nemo invitus rem suam vendere, vel locare, *ut in l. invitos* 11. *Cod. de locat.* Carpz. *P.* 2. *const.* 51. *defin.* 9. *num.* 5. per rationes ibidem adductas, teneatur; attamen, quia subditi Domino territoriali, ratione superioritatis, & directo ratione bonorum Emphyteuticorum atque similium, obstricti sunt, hisce magis operas & servitia quàm aliis quibusvis præstare tenentur. Struv. *Dec. Sabbath. cap.* 9. *Dec.* 25. Rationem, quæ commovit Scabinos Lipsienses pro
29 Domino pronuntiantes, vid. ap. Carpz. *c. l.* certis tamen eam conditionibus limitarunt. (1.) Si rustici non propriis operis detineantur, sed aliis extraneis eas locare velint. (2.) Si nondum certò elocaverint eas, vel promiserint. (3.) Si Domini uno eodemque tempore operas à subditis exigant, denique (4) si eandem mercedem promittant, quam alii. Balthas. *de Oper. subdit. cap.* 8. *in fin.* §. *hæc tamen assertio.*

30 Alia subintrat ex Prælationis jure quæstio, si in operarum rusticarũ, vulgò der Frohnen/ præstatione Dominus Territorialis, ut à cum directo, respectu Emphyteuseos concurrat, uter Jus Præhonorarium habeat? Hoc

 in

in casu, si operæ concurrant, rusticos per duos dies territoriali Domino servitia præstare, & per tertium, directo exhibere hucusque observatum & quotidie practicatum vidimus.

Dividuntur autem operæ hæ, ratione præstationis *in certas, limitatas* seu *determinatas*, gewisse/ gesetzte/ gemessene/ benennte oder beschriebene Frohn-Dienste. & non *limitatas*, ungewisse und unbenannte oder ungemessene: Ratione verò modi quô præstantur, sunt vel manuariæ, quæ corpore ab idoneis personis, mit tüchtigen Personen/ die vermöglichen Alters/ aliæ quæ in jumentis, mit Zug-Viehe expediuntur. Ad manuarias pertinent alle Hand arbeiten & communiter ab incolis, Beysassen/ Hindersiedlern fiunt. 31 32

Quæ Domino si in natura non præstentur, annuatim pecuniam das Dienst-Geld solvunt. Quantitas autem apud nostros in illimitatis manuariis indistinctim non una ac eadem est, sed observantia cujusque loci attenditur, dum quandoque ein Handfröhner per annum 4. 3. 2. 1½. flor. plus aut minus pendit; In limitatis quantitas ac qualitas servitii respicitur. v. gr. pro uno die desecandi fœnum ¼. flor. & sic deinceps, juxta cujusque servitii præstationem fit solutio. Qui jumentis, mit Ochsen/ Pferden/ Wagen oder Pflug suas præstant operas, German. Huffner/ Pferdner & Anspänner/ vocantur; quorum conditio hic locorum non omnium eadem est. Alii quippe in vernacula: Hof-Bauer/ alii Dienst-Bauer nominantur, indè bona eorum alia Bauren-Höffe/ alia Dienst-Höffe nominantur. Ab his præstatur omne servitiorum genus, quandocunque petatur, dummodò sine periculo & turpitudine fieri possit. *l.* 38. *ff. de oper. libert.* Andr. Gail. *de Arrest. cap.* 10. *num.* 6. ab illis, non nisi universales provinciæ vecturæ die allgemeine Landfuhren. 33 34 35

Nostris moribus præstatur instructus currus ex toto prædio, von einem gantzen Dienst-Hofe ein gantzer Dienst-Wagen/ & ita proportionatè von einem halben ein halber Wagen/ von einem viertels Hofe ein viertel Wagen. Imò quandoque evenit, ut quis unum pedem equi vel bovis, alter unam rotam contribuat, prout cujusque loci fert observantia. 36

Nostris moribus integrum est Domino, ut naturalem operarum præstationem in pecuniariam vertere possit, si operis non utatur; Indè vel Pecuniam, das Dienst-Geld vel die natürliche Dienste exigere potest, in quarum taxatione, juxta prædictam distinctionem, in limitatis ad pro- 37

portionem servitii, pecunia quoque porrigenda, in illimitatis autem jux-
38 ta observantiam per annum 6.7.7½. & 8. flor. penduntur. Si limitatæ sint operæ, modus exigendi haud mutandus est, & vicissim rusticus liberationem ab his prætendens Domino eam probare debet. Mev. *P*.4. *Dec*.131. add. *ad num*.3. interpellatus verò, & non comparens in certo
39 die & tempore, sed contumaciter emanens vel recusans, ad interesse tenetur, si Dominus damnum indè passus. Richter. *P*.2. *Decis*. 98. *num*.13.
40 In indeterminatis operis ad omnes subditi tenentur operas, cujusque conditionis ac generis sint. Andr. Knich. *de vestit. Pact. P*.2.*c*.3. *n*.45. in quibus antiqua forma non consideratur neque servatur, etiamsi per centum annos ita observatum, sed toties præstandæ, quoties placuerit & necessitas postulaverit. Balthasar *de Oper. rustic. cap*.12. *n*.9. Besold. *Thesaur. Pract. verb*. Frohen. & Wehner. *verb*. Ding-*Notal*. Neque tamen ita continuæ esse debent, ut victum pro se suisque ex temporis exiguitate rustici quærere nequeaut. *l*.19. *ff. de oper. libert*. Gail. 2. *obs*. 62. *num*.13. quod oppidô durum esset, & in bono Principe nunquam sperandum. *l. si quis*
41 *filium* 34. *vers. sed nos. Cod. de inoffic. testam*. Denique operarum exactio non sit insolita, hoc est, ne tempore non opportuno ac præter provinciæ consuetum morem exigantur. Balthasar. *de Oper. rust. cap*.12. Quò tamen non pertinent tanquam insolitæ, quæ in Residentiis & similibus noviter instruendis vel reficiendis, in advectione lignorum ad ædificandum & comburendum, aliarumque materiarum necessariarum fiunt, ubi etiam præscriptio locum non habet etiamsi per mille annos in iis nihil præstiterint subditi, nisi requisiti negauerint, & Domini in recusatione acquieverint. Christ. Richter. *d. Decis*. 98. *num*. 37. Idem obtinet in Residentiis Nobilium, in denen Ritter-Sitzen / uti in Saxonia singulari sanctione provisum, Ordinat. Provinc. de anno 1555. *Tit*. von Baufuhren §. demnach setzen. Carpz. 2. *Const*. 52. *def*. 3. Quod idem quoque est in denen Amt-Häusern / quibus præstantur operæ per rusticos illius Præfecturæ, non autem ab aliis. *per text. in l*. 20. §. 1. *ff. de oper. libert*. & eò pertinent horrea, stabula, granaria in arcis districtu sita. An etiam ad horreorum & similium exstructionem sive reparationem extra Castri districtum muralem, ad id tamen spectantium operæ tales extendendæ sint, dubitatur. De Jure Civili communiter Doctores improbant, vid. Carpzov. *dict. Constit. defin*. 13. Richter. *dict. Decis. num*. 20. in ditione nostra Buchonica Principi ad omnia tenentur rustici;

Et

Et quidem non tantum in Residentia noviter exstruenda, verum & in Ecclesia Metropolitana, qualem modernus Reverendissimus & Celsissimus Princeps noster Adalbertus, sumtibus quidem magnis, sed pietatate majore in æternam suam & sui nominis gloriam ex fundo noviter exstruxit. Porrò ex consuetudine rustici nostri indifferenter omnes in ar- 42
cibus, in denen Schlössern und Amt-Häusern (absque præstatione victus) ad excubias agendas tenentur. vid. Ahasver. Fritsch. *de Excub. cap.* 5. *num.* 8. *& cap.* 6 von dem Schloß und Wacht. *num.* 3. Regner. Sixtin. *de Regalib. L.* 2. *cap* 13. *num.* 69. Idem obtinet, si delinquentes in custodiis observandi, wenn Maleficanten in denen Thürnen/ Stock- und Block-Häusern zu bewachen. ubi suis sumtibus tam proprium victum sibi comparare, quam omnes in delinquentes impensas per Centenas solvere tenentur; quod idem in multis Thuringiæ locis vigere testatur Ahasv. Fritsch. *d. Tract. de Excub. cap.* 9. *num.* 13. Extenditur hoc, 43
ut procedat in prosecutione hostium, latronum, & pacis publicæ turbatorum, quod jus vi Jurisdictionis Dominis territorialibus competit, vulgò die Folge. Rec. Imp. de Anno 1559. §. Und wiewohl. it. Amts- Cents- und Gerichts-Folge / Nacheyl. Nachjagt. Fritsch. *Tr. de Jur. Lustrat. & Sequel.* &c. *cap* 10. de sequela præfectoria. Est & alia sequela scilicet venatoria, die Jagt-Folge/ quam longæva consuetudine præ- 44
stant, quamque in pecuniariam vertere non licet. Fritsch. *d. Tr. de Jur. lustrat. cap.* 11. nisi ex consuetudine pro operis venatoriis das Jagt-Geld zugeben sit introductum. Ahasv. Fritsch. *d. l. num.* 13. ad quæ modò 45
dicta omnia tenetur etiam Nobilis, prædium rusticum sibi comparans, secundum magis communem; nec quidquam detrahitur personæ dignitati & Nobilitati, cum non ut Nobilis, sed ut possessor prædii rustici hæc præstet. Andr. Knich. *de Vestit. Pact.* 2. *cap.* 3. *num.* 167. Qualitas enim prædii omnem possessorem sequitur, dicunturque operæ respectu des Bauren Guths/ reales, uti privilegia & immunitates Nobilium perso- 46
nales. Similiter à prædiis rusticis solvunt Collectas, Contribution und 47
Steur. Modestin. Pistor. *Consil.* 9. *n.* 49. *volum.* 1. *ibi*: welche Güter keine Ritter-Dienste auff sich haben/ die seynd auch nicht Steuer-frey/ es habe sie gleich einer von Adel/ oder ein ander / vid. Caspar. Klock. *de Aerar. L.* 2. *cap.* 56. Quandoque certis statutis prædiorum rusticorum coemtio iis, qui rustici non sunt, prohibetur. Ordinat. Politic. Anhaltin. *sub tit.* Bauren-Güter. Adde Fritsch. *Tr. de Jur. Pagor. German. cap.* 7. §. 7. *n.* 13. ubi hanc tanquam utilissimam legem etiam alibi introducendam suadet.

Expo-

Exposito breviter Prælationis jure ratione Consanguinitatis & Vicinitatis, nec non Domini in Feudis & Fisci in metallis competente, præterea adhuc jura concedunt Retractum ex voluntate hominum; Ac quidem
48 vel ex Testamento vel ex Conventione talem. Priori modo, dum quis ultimâ suâ voluntate per Fideicommissum dat Consanguineo facultatem, ut, si quis Hæredûm sive Legatariorum de fundis sibi relictis unum vel plures vendiderit, ille potestatem habeat fundum venditum, precio reddito, retrahere. Apparet hoc quodammodo *ex l. peto 69. §. fratre 3. ff. de Legat. 2. l. pater filium 38. in pr. & seqq.* §§. Posteriori modo id fit ex Conventione & pacto. German. dicitur angedingte Lösung / quando inter venditorem & emtorem convenit, ut id, quod venditum, venditor redimere possit intra certum tempus vel quandocunque voluerit. Hujus mentio fit *in L. qui Romæ 122. §. cohæredes 3. ff. de V. O. l. si vir. in fin. ff. de P. V. l. si fundum 2. C. de Pact. int. emt. & vendit.* Et in Jure Canonico *in Cap. ad nostram X. de emt. & vendit. & c. illo vos. X. de pignoribus. & aliis in locis.* Extenditur etiam ad ejus hæredem. *l. si pactum 9. in fine ff. de Probat.* item hæredem hæredis & ultra. *l. hæredis 65. ff. de V. S.* modò id ex pacto vel conventione appareat. Theod. Reinking. *de Retractu quæst. 9. n. 102. & 103.*
49 Actio exindè nata est personalis ex vendito, competitque Venditori vel ejus Hæredibus, contra Emtorem vel ejus Hæredes *per dict. l. 2. C. de Pact.* Gail. 2. *Obs.* 16. & Mynsing. *Cent.* 4. *obs.* 69. Plura videantur de hoc Retractu Conventionali apud Tiraquell. *P. 2. de Retract. Convent.* Zoës.
50 *ad Tit. ff. 3. lib.* 18. Competit autem ex Testamentario Retractu vindicatio, it. Hypothecaria actio, ei, cui vi testamenti potestas talis concessa, adversus Emtorem fundi, aut fundorum Venditorem. *per l. 1. C. de Legat. & Fideicommiss. § nostra autem constitutio & §. sequ. Instit. de Legat.* Henr. Boërius *P. 1. Class. 3. Disput. 22. num. 34. ubi seq. num. 36. ponit: velle quoque interpretes, hoc retrovenditionis pacto constitui prius jus in re venditâ,* ita ut venditor ab extraneo etiam rem possessam repetere possit. *per text. & author. ibid. citat.* ubi Tiraquell. *§. 3. gloss. 1. n. 9. de Retract. dign.*

51 Ex Societate quoque Jus Retractus emanat in re communi venditâ; ubi tamen Consanguineus socio præfertur. Jo. Heeser. *de Acquæst. Conjug. P. 2. loc. 2. num.* 78. Sed exspirat hoc Jus Retractus post factam divisionem rei communis. vid. Jo. Heeser. *l. c. P. 2. loc. 27. num.* 4. ubi fusius hæc materia tractatur.

CAPUT

CAPUT IV.

De
Rebus & Contractibus, in quibus Jus Retractus locum habet, & quando exinde Laudemium præstandum.

SUMMARIA.

1. *JUs Retractus obtinet in Rebus.*
2. *Sub generali nomine rei continentur eæ omnes, quæ tam in patrimonio nostro, quàm extra illud sunt.*
3. *Res aliæ sunt divini, aliæ humani Juris.*
4. *Aliæ corporales, aliæ incorporales.*
5. *Aliæ mobiles, aliæ immobiles.*
6. *Non omnes res tamen in Retractum veniunt, sed quædam prohibentur, utpotè extra patrimonium privatorum consistentes; Hæ sunt Sacra, Sanctæ, Religiosæ, & Publicæ.*
7. *Nostris moribus omnes res nostrorum Consanguineorum immobiles, & quæ in venditionem veniunt, retrahimus, nec attendimus, undè veniant.*
8. *Indè non retrahuntur res mobiles.*
9. *Nisi aliter ferat consuetudo, ut in Hassiæ quibusdam locis, ubi jumenta vendita à Consanguineis retrahuntur.*
10. *Res mobiles etiam pretiosæ non retrahuntur.*
11. *Res mobilis vendita cum immobili simul retrahi debet.*
12. *Sic etiam Lege cautum, ut res mobilis cum immobili usucapi possit.*
13. *Retractui subiecta sunt* alle liegende und stehende Güter.
14. *Quorum nomine veniunt & Feuda*
15. *Vendita, ubi de Feudorum Fuldensium natura in successionibus.*
16. *Consuetudini standum est, quæ aliquando Leges vincit.*
17. *In controversia Feudali, primò ad consuetudinem loci specialem recurritur.*
18. *In Feudis Fuldensibus fœmina admittitur ad successionem.*
19. *Et quidem in certis tantum casibus, qui juxta certas Regu-*

 las

las vel Axiomata considerantur.

20. 21. *Extantibus filiis masculis filii tantum Feudorum capaces sunt, quod moribus Fuldicis invaluit.*

22. 23. *Confirmatur Responsis Abbatum Fuldensium de Ao. 1292. it. d. anno 1665.*

24. 25. 26. *Et, si fœminæ cum Masculis per verbum* simul *investitæ, quomodo id intelligendum sit, explicatur.*

27. *Particula* & *in investitura apposita non facit, ut simul fœmina cum masculo succedat in Feudis Fuldicis, quia tantum valet masculo deficiente.*

28. 29. *Particula* cum, sive unà cum *apposita eundem cum præcedentibus habet sensum.*

30. *Et ita semper in Curia judicatum & pronuntiatum reperimus, ut filius habeat προτίμησιν.*

31. *Non admissâ filiâ neque ejus filius admittitur.*

32. *Frater acquirens Feudum pro se & sororibus suis, submotis sororibus Feudum solus acquirit.*

33. *Fœminæ enim habilitantur tantum per istas particulas in defectum masculorum.*

34. *Fœminæ nunquam admittuntur, si consuetudo familiæ eas omnino excludant, vel Feudum sit masculinum vel Castrense, ein Burg- oder Mann-Lehn; vel si familia privilegiata aut aliter Statutis, pactis vel transactionibus dispositum.*

35. *Familia Nobilis absque Domini Feudi consensu, pacta vel similia, quibus natura Feudi mutetur, erigere non potest.*

36. *Quod si contra assensum Domini facta, eum non obligant.*

37. *Quibus tamen obligantur inter se paciscentes.*

38. *Per pacta Familiæ inter Vasallum & Agnatos ignorante Domino inita, filia superstes excludi non potest.*

39. *Consuetudo, quæ filias admittit, vim legis habet.*

40. *Nisi sit in Familia consuetudo contrararia inveterata, qualis consuetudo privilegii loco est.*

41. *Astruitur Regula secunda, quando filii moriantur ante patrem, relictis iterum filiis, vel nepotibus.*

42. *Filiorum demortuorum relictus filius excludit, ulterius fœminas.*

43. *Quo casu nostrum Consuetudinarium Jus nihil differt à Jure Communi feudali.*

44. *Filii succedunt in Jus Patris, quem repræsentant.*

45. *Jus repræsentationis locum habet inter filios in bonis feudalibus, sicut*

sicut Jus commune Civele in Allodialibus.

46. 47. *Filii consanguinei, qui uno patre & duabus matribus nati, patri succedunt in Feudis, nec obstat duplicitas vinculi, quod ex Responso de Anno 1575. liquet.*

48. *Viduus, qui ex priore uxore habet filium & secundam ducit, quæ Feudum possidet fœmineum, si ex secundo thoro iterum genuit filium, hic solus matri succedit in Feudo materno, excluditque fratrem consanguineum.*

49. *Nepotes Jure Repræsentationis avo succedunt cum patruis in stirpes.*

50. *Filii succedunt Patri in omnibus Juribus, competentibus & competituris.*

51. *Nepotes quando succedant, & an filiæ sub appellatione nepotum contineantur, remissivè.*

52. *Filia admittitur ad successionem patris, non extantibus fratribus.*

53. *Verbum* non admittere *minus vult, quam verbum* excludere.

54. *Deficiente causâ tollitur effectus.*

55. 56. 57. 58. 59. 60. *Fœmina in Investitura ex Pacto ad successionem admissa, talis intelligitur non extantibus masculis, quod ex variis Reverendissimorum & Celsissimorum Principum & Abbatum Fuldensium Responsis patescit.*

61. *Filiæ patri succedunt in capita, sicut in bonis allodialibus, æqualiter.*

62. *De Jure communi Feudali proximi agnati à primo acquirente succedunt in Feudo in infinitum.*

63. 64. 65. *Moribus Fuldicis proximior fœmina remotiorem Agnatum excludit, quod explicatur & confirmatur Responsis.*

66. *Qui in gradu pares sunt, sive mas sive fœmina fuerit, pariter quoque succedunt.*

67. *Fœmina in iis Feudis,* so zu Mann-Lehen geliehen oder Burg-Lehn genennet werden / *u.* durch beständige Burg-Frieden / oder andere sonst rechtmäßige Verträge geändert / *non succedunt.*

68. *Qui vult in Feudo succedere, ut proximior, suam proximitatem, & quod à primo acquirente proveniat, probare tenetur.*

69. *Certum gradum procans, incerto præferendus.*

70. *In casibus quoad successionem Feudorum Fuldensium non expressis ad Jus commune recurritur.*

71. *Sepositâ materiâ successionis in Feudis, recursus fit ad materiam Retractus &*

72. *Retrahuntur bona colonaria, superficiaria, libellaria & Emphyteutica.*

73. *Item bona acquisititia, nec respicitur an à Patre vel matre acquisita.*

74. *Bona inter Conjuges de nostro jure omnia, qualiacunque fuerint, communicantur & uniuntur, in quibus etiam ad invicem, nullis relictis liberis, succedunt.*

75. *Quod etiam usu venit in finibus Sueviæ & Franconiæ.*

76. *In Hassia verò vir & uxor sibi invicem succedunt tantum in bonis acquisititiis.*

77. *Actiones ad res immobiles etiam pro immobilibus habentur.*

78. 79. *Actionem pro creditâ pecuniâ venditam non retrahi posse, vult Lauterbach. Compend. Jur. de hered. vel act. vendit. In Hollandia debitor intra annum admittitur.*

80. *Immobilibus bonis accensentur etiam servitutes Reales, qualis est servitus pascendi in alieno.*

81. *Item opera rustica ex re immobili debita.*

82. *Nec non fructus pendentes, qui cum fundis venduntur.*

83. *Secus est, si separatim venditi.*

84. *Inter immobilia reputantur perpetui Census,* Zinsen / Gült und Jährliche Gefälle / *ex immobilibus rebus constituti.*

85. *It. vectigalia, portoria, quidagia, pedagia & hæreditas, etiamsi mobilia in se contineat, quæ immobilibus ut principali accedunt.*

86. *Post res, quas retrahimus, veniunt Contractus, in quibus Retractus obtinet; quorum primus est Emtionis vendit.*

87. *Emtio venditio est commutatio rei cum pretio certo, & consistit in Consensu, re & pretio.*

88. *Quid in omnibus Contractibus spectandum, in decem gradibus consistit.*

89. 90. 91. & 92. *Tres enumerantur modi, quibus Contractus dici possit fictus, imaginarius & simulatus.*

93. *Venditio simulata, quia sine consensu fit, & venditionis substantia deest, non valet.*

94. *Valet tamen ad ea, quæ reverà in Contractu acta sunt.*

95. *Qui simulat vendere, quod tamen donavit, reverà non vendit.*

96. *Pro donante non habetur, qui minori vel viliori pretio fundum vendidit.*

97. *In venditione simpliciter contracta, licet res non sit tradita, modò pretium sit certum, locum habet Retractus.*

98. *Quæ opinio peo veriori habetur à Bartolo & Baldo.*

99. *Quid circa Laudemia de Jure Buchonico Fuldensi observetur?*

100. *Bonorum nostrorum rusticorum origo ac natura qualis sit, exponitur.*

101. *Recensentur Principes, qui quondam beneficia ab Abbatia Fuldensi tenuerunt.*

102. *Fundi primitus ab Abbatibus & aliis suis Dominis rusticis Coloniæ jure concessi sunt.*

103. *Ex quibus rustici annuatim annuum censum præbuerunt, nihilque de iis alienare potuerunt.*

104. *Melioramenta sola alienare rusticis de bonis Colonariis, quæ* Laß-Güter *vocata, permissum.*

105. *Deindè ex beneplacito vel conventione, post mortem Coloni, Relicta, vel liberi, certum Laudemium, idque exiguum, pro novâ receptione Dominis suis præbuere.*

106. *Insecutis belli temporibus rustici agriculturam deseruerunt.*

107. 108. *Domini, ut finitis belli temporibus agricultura restitueretur, rusticis bona hæreditario jure concesserunt, & bona simpliciter olim locata in Emphyteutica transmutarunt.*

109. *Indè tamen factum est, ut non solùm priora onera manserint, verùm etiam nova in bonis accesserint, ut sunt Laudemia in venditionibus & morte Emphyteuticorum præstanda.*

110. *Laudemiorum præstationes variæ adinventa.*

111. *Laudemium datur propter receptionem, & quotiescunque noviter quid acquiritur.*

112. *Quantitas Laudemialis varia est, ita ut in successione, quod* Fall-Geld *dicimus, quinque, in Emptione, quod* Lehn-Geld *appellatur, sex pro centum pendantur.*

113. *Quantitas à Knichenio relata jure dudum abolita.*

114. 115. *In successionibus jam ab avo Laudemium præstitum, etiam de jure Bavarico, habetur.*

116. *Mortuo possessore, vidua, vel ejus hæredes quinque pro centum præstant.*

117. *Recensentur alii quidam casus circà successiones, & transitiones ad secunda vota superviventium, ubi etiam Laudemium noviter exigitur.*

118. *Ex immobilibus rebus, quas* die fahrende Habe *appellant nihil datur.*

119. *Sed tantum ex immobilibus.*

120. *Etiamsi mobilia cum immobilibus vendita.*

121. *Fructus adhuc pendentes vel stantes cum immobilibus venditi, pro immobilibus habentur, & indè Laudemium datur.*

122. 123. *Secus est, si à solo separati, ubi etiam non præberi Laudemium, si separatim in solo venditi, tenet Tiraquellus.*

124. *Re simpliciter venditâ, ex obser-*

servantiâ Laudemium exigitur.

125. *Venditio perfecta contrario consensu dissolvitur.*

126. *Ex venditione dissoluta dandum esse Laudemium tenent authores, & ita nostra consuetudine servatur.*

127. *Concordat jus Bavaricum.*

128. *Distinguitur, an Contractus Emptionis Vendit. in continenti, ubi nullum præstandum, an ex intervallo resolutus, ubi dandum Laudemium.*

129. *Aliorum distinctio est, utrum res tradita vel non tradita; nostris moribus re traditâ duplex penditur.*

130. *Venditione rescissa ex nova causa, itidem duplex Laudemium datur.*

131. *Ex Retractu iterum duplex datur à proximo retrahente; unũ, quod restituit primo emptori, alterum pro se tanquam novo acquirente Domino penditur.*

132. *Si proximus iterum primo emptori fundum cedit, denuò Laudemium accipit Dominus, tanquam ex nova venditione, undè triplex acquirit.*

133. *Re sub conditione venditâ, proximus ante ejus eventum ad Retractum non admittitur.*

134. *Nec antè eventum, utpotè Contractu nondum perfecto, dandum Laudemium.*

135. *Nisi pendente conditione res tradatur, ubi statim proximus retrahere potest, vel conditionem exspectare.*

136. *Si venditio nulla sit, nullus quoque erit Retractus.*

137. *In venditione nulla nulla quoque est Laudemii præstatio.*

138. *Quod idem obtinet in omnibus aliis Contractibus nullis, ut Permutatione & aliis.*

139. *Similiter, si ex certis causis sunt rescindendi Contractus.*

140. *Causæ rescindendi Contractus sunt vis, metus vel dolus.*

141. *Rescinduntur Contractus quidam ipsô jure, quidam verò beneficio Actionis.*

142. *Quò etiam pertinent rescissi ex primæva causa, ut est rescissio ex restitutione integrum, & læsione ultra dimidium.*

143. *Ex Contractu ob causã extrinsecus vel ex post supervenientem rescisso, dupliciter Laudemiatur.*

144. *Ex Contractu sub addictione in diem vel ex lege Commissoria inito ante elapsum tempus appositum, non retrahi posse, magni nominis Doctores quidam statuunt.*

145. *Ex quo etiam non deberetur Laudemium;*

146. *Nisi pura sit Emptio, & sub conditione tantùm resolvi possit; unde Laudemium debetur.*

147. *Re ab emente rursus in duriorem vel potentiorem, datâ operâ, & in fraudem proximi Retrahentis vendita, venditio non valet.*

148. *Succurritur proximo duobus, modis, si res in fraudem rursus vendita, Actione scilicet in factum, & utili ex Edicto Prætoris ad omne interesse.*

149. *Publicâ urgente necessitate & utilitate subditi adstringi possunt, ut sua inviti vendant.*

150. *Statutum, quod prohibet alienationes rerum, intelligitur in alienatione voluntaria, non verò quando necessitas id expostulat.*

151. *Necessitate exigente subditi cogi possunt, sua frumenta & alia esculenta vendere pro certo pretio à magistratu statuendo.*

152. 153. *Item, coguntur vendere immobilia, pro exstructione publicarum ædium, ac aliarum utilium causarum gratia, ut sunt fundi ad aperienda latumia & similia.*

154. *Hinc nec Retractui tali casu locus est.*

155. *Non obstat, quemcunque suarum rerum Dominum, de quibus ad libitum disponere valeat.*

156. *Principi competit etiam certo modo Dominium in rebus suorum subditorum.*

157. *Princeps tamen tenetur exinde suis subditis reddere justum rerum pretium.*

158. *Ex alienatione voluntaria, non necessaria, dandum est Laudemium.*

159. *Alienatio necessaria fit vel ab initio vel ex post facto.*

160. *Qui promisit rem Laudemialem vendere, si postea necessitetur ut vendat, emens tenetur ad Laudemium.*

161. *Rei immobilis in solutum datio pro venditione habetur.*

162. *In solutum datam rem proximus retrahere non prohibetur.*

163. *Statutum, quod vult, in venditione retrahi posse, habet locum in datione in solutum; unde & Laudemialis præstatio exigitur.*

164. *Emphyteusis in solutum data continere debet Laudemium.*

165. *Res vendita in venditione necessaria, quæ à Judice, pro exsecutione rei judicatæ, item sub hasta & licitatione publica fit, retrahitur.*

166. *Ex necessariis modò dictis venditionibus Laudemia solvenda.*

167. 168. 169. *Authorum quidam, in nostro proposito casu, rejiciunt distinctionem Venditionis voluntariæ & necessariæ, quorum rationes apponuntur.*

170. *Locum non habet Jus Retractus in donatione remuneratoria.*

171. *Pro-*

171. *Proximus etiam is est, à quo gratiam & auxilium accepimus.*

172. *In Donatione simulata & suspecta Retractus obtinet.*

173. *Proximus potest exigere juramentum à donante, & donatario, si suspecti videantur.*

174. *Fraus quando præsumatur.*

175. *Ex re donatâ donatarius Dominum ut novus possessor laudat.*

176. *Quod etiam vult constitutio Electoralis Saxonica.*

177. *Filius, quæ ei à patre in vivis donantur, Laudemiare debet.*

178. *Idem obtinet in donatione mortis causa facta.*

179. *Retractus non admittitur in donatione ob provisionem corporis.*

180. *Sed in donatione ob provisionem corporis facta, Laudemium præstandum est.*

181. *Res in dotem datæ non retrahuntur.*

182. *Laudemium verò datur rebus in dotem datis.*

183. *Et in donatione propter nuptias.*

184. *Sponsus bona suæ sponsæ in cœlibatu jam recognita, si in ea immittatur, de novo recognoscere debet.*

185. *Ex Emphyteusi donata, retentô tamen usufructu, Laudemium exigi potest.*

186. *Summariter notatur, in omnibus donationibus Laudemia præstari, quæque non æstimatæ donata, adhuc æstimanda.*

187. *Bona ex testamento, vel ex Legato vel alia dispositione valida relicta non retractantur.*

188. *Ex iis tamen dantur Laudemia.*

189. *Testator sanà mente, & non in præjudicium Domini disponere debet.*

190. *In præjudicium Domini disponitur, quando Emphyteuta senio vel morbo confectus mortique proximus de bonis Emphyteuticis disponere vellet.*

191. *Emphyteutæ morti proximo disponere non licet, nisi reconvalescat.*

192. *Quando Emphyteuta bona cedit, & dotalitium vel sustentationem ad dies vitæ pro se vel uxore sua constituit, ex bonis cessis pro quoque centeno valoris 6. & duas tertias floreni pro Laudemio Cessionarius pendet.*

193. *Retractus non habet locum in Divisione.*

194. *Undè tamen præstari debet Laudemium.*

195. *Hæredes post mortem possessoris simul recognoscere debent Emphyteusin.*

196. *Divisione hæreditaria facta quilibet pro suà ratà denuò recognoscit.*

197. *Emphyteusi uni hæredum adjudica-*

judicatâ, vel dum omnes reliqui suas partes uni vendunt, ex partibus cessis vel emptis de novo præstandum est Laudemium.

198. *Pro parte hæreditaria nihil solvitur, sed ex partibus reliquorum, quas uni vendiderunt, penduntur pro singulis centenis 6. & duæ tertiæ floreni.*

199. *Emphyteusi in duas partes ab hæredibus divisâ ubi alteri pro supplemento additur pecunia, pro singulis centenis superadditis 6. & $\frac{2}{3}$. fl. penduntur.*

200. *Retractus denegatur in Pignore constituto, etiamsi pignus traditum.*

201. *Nec exindè dari Laudemium DD. volunt,*

202. *Nisi res sit tradita Creditori, uti quidam sentiunt.*

203. *Dominus directus in Emphyteusi oppignorata, cujus luitio difficulter speranda, prælationem habet antè Creditorem extraneum.*

204. *Emphyteuta tamen retinet jus reluendi pignus apud Dominum existens.*

205. *Jus Retractus non habet locum in Transactione;*

206. *Ubi tamen distinguendum, ex doctrina Tiraquelli.*

207. *In transactione simulata, occulta & colorata licet retrahere, quia in se veram alienationem sapit.*

208. *Allegans transactionem factam illam probare debet.*

209. *In Laudemio præstando attendenda est distinctio data per Tiraquell. & sequaces, præced. num. 206.*

210. *Qui obtinet in Possessorio, nondum tenetur de Laudemio, sed exspectatur usque ad Petitorium.*

211. *In Locatione ad longum tempus proximo facultatem retrahendi DDorum quidam concedunt, quippè quod sub specie alienationis contineatur.*

212. *Alii Retractum verius negant, quia tali Locatione res ex Familia omninò non abit.*

213. *Proximus ex veriori sententia potest retrahere in Locatione perpetua, & ea, quæ ex pacto renovanda de decennio in decennium.*

214. *Translatio utilis Dominii continetur sub prohibitâ alienatione simpliciter facta.*

215. *In Locatione ad longum tempus Laudemium venire, eò, quod habeatur inter alienationes, quidam volunt.*

216. *Contrarium de jure verius videtur, per LL. & authores citatos.*

217. *Vera possessio rei locatæ remanet penes locatorem.*

218. *Retractus non habet locum in Permutatione.*

219. *Si in permutatione unus alteri addat pecuniam, attenditur, quid principaliter inter eos actum.*

220. *Si Contrahentes utantur verbô empt. & vendit. & de pretio mentio fiat, Contractus emptionis venditionis erit.*

221. *Si dicatur, rem pro re dari, Permutatio est, nec obstat, pecuniam intervenisse.*

222, 223. *Sin videri non possit, quid principaliter actum, & pecunia re pluris valeat, pro Emptione habetur; ubi verò pluris pecuniâ, Permutatio erit.*

224. *Quod si non videatur, an pecunia vel res prævaleat, Contractus erit innominatus.*

225. 226. 227. 228. *In Permutationibus immobilium fraudes quædam exponuntur.*

229. *Vera Emptio & Venditio est, si quis det fundum æstimatum pro non æstimato.*

230. *In Contractibus Permutationis simulatis & fraudulentis admittitur proximus.*

231. *Simulatus permutationis Contractus potest probari per præcedentia.*

232. *Bartolus distinguit, an Permutatio prætensa sit facta in continenti, an ex intervallo.*

233. *Simulatus Contractus erit, si alter permutantium fundum recuperat.*

234. *In Permutatione datur Laudemium ex more duplex.*

235. *Si prædio additur pecunia, pro singulis centenis additis dantur 6. & $\frac{2}{3}$. fl.*

236, 237. *Laudemium dandum, etiamsi res non tradita, nec in præjudicium Domini licet pœnitere.*

238. *In pacto de retrovendo licet retrahere, sed etiam pacto stare tenetur retrahens.*

239. *Pactum de retrovendendo debet esse appositum in ipso Contractu Venditionis.*

240. 241. *Ex Retrovenditionis pacto datur Laudemium, concordante Constit. Saxon.*

242. *Si fundus venditus,* ut quandocunque mihi vel hæredibus meis placuerit, revendatur, *duplex pendendum erit Laudemium.*

243. *Quod si facultas de revendendo concessa remittatur, dato aliquo pretio, pro quantitate pretii Laudemium præstabitur.*

244. *Pro Emphyteusi noviter absque interventione pecuniæ acquisita Emphyteuta pendet 5. fl. pro singulis centenis.*

245. *Quando pretium adest, dantur pro singulis centenis 6$\frac{2}{3}$ fl.*

246. *Ut Retractus habeat locum, res vendita in territorio, ubi jus*

hoc

hoc obtinet, sita esse debet.
247. *Si de rebus agitur, servanda est Consuetudo illius loci, ubi res sita est.*

Postquam de Personis, quæ retrahere possint, hactenus actum fuit, or- 1
do postulat, ut de *Materia*, cujus intuitu potissimum Retractus in-
ductus est, differamus. Materia igitur sunt res; rei autem appella-
tione latissimè sumpta veniunt eæ omnes, quæ aut in patrimonio nostro, 2
aut extrà illud sunt, *l. 5. ff. de Verb. Signif.* Earum quædam sunt Divini, 3
quædam humani juris, *l. 1. ff. de rer. divis.* Corporales aut Incorporales. 4
tot. tit. Inst. de reb. corp. & incorpor. l. 1. ff. de rer. divis. Mobiles vel Immo- 5
biles. *in pr. Instit. de inutil. stipul. l. à Divo pio 15. §. in venditione. 2. ff. de
re judicata.* Herm. Vultej. *Jurisprud. Roman. lib. 1. cap. 26. num. 5.* Indi-
stinctè verò omnes in Retractum non veniunt, ut res Sacræ, sanctæ, reli- 6
giosæ & publicæ, quia privatorum non sunt, *l. 1. §. ea autem ff. de rer.
divis.* & ab hominum commercio exemptæ *d. l. 1. ff. eodem.* Ideò Divini
juris esse putantur. Verum in Retractum veniunt omnes res Consangui- 7
neorum, modò aliàs hæreditariæ sint, alle erbliche Güter. Reinkinck. *l. c.
Quæst. 3. num. 10. & seqq.* sicque omnes res vendibiles regulariter retrahi,
tenent Authores; nec originem bonorum his in terris attendimus, sed fi-
nale Dominium, *argum. l. si avia. Cod. de donat.* quo pertinent singula ac-
quisita. Reink. *d. Qu. num. 34.* Vid. Joan. Heeser, *de Acquæst. Conjug.* Non
tamen continentur ea bona, quæ de facili à loco in locum moveri, 8
transferri tradivè possunt, quibus adjunguntur ipsa se moventia, & quæ
propriè animalia sunt, ac uno nomine *res mobiles* vocamus. Celsus *in l.
moventium. 93. ff. de verbor. signif.* quia vilis & abjecta earum æstimatur
possessio *l. si rem mobilem 47. ff. de acquir. possess. l. peregrè ff. eodem.* Masver.
Practic. forens. tit. 28. num. 2. Et hoc ita regulariter obtinet, nisi specia- 9
liter de Consuetudine contrarium servetur, ut in quibusdam Hassiæ Præ-
fecturis in jumentis & aliis mobilibus venditis id observavit Reinkinck.
Qu. 2. num. 123. Igitur omnium mobilium venditio libera, Retractatio
nulla. David. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 7. artic. 1. num. 6.* etiamsi ratio 10
vilitatis, quæ aliàs in rebus mobilibus communiter adest, & pretiositas
non attenditur, sed talium rerum venditio æque libera. *Gloss. in cap. 15.
in verb. immobilium in princip. de elect. lib. 6.*

Exceptio tamen est in *rebus mobilibus venditis unà cum immobilibus*, 11
quippè quod principale secum trahat accessorium, seu minus principale.

 6. 46.

12 *c. accessorium de Reg. jur. in 6.* Hûc facit *l. eum qui. 23. ff. de usurpat. & usu-cap.* quæ vult, re immobilem cum immobili possidentem istam simul cum hac, & æquo tempore usucapere.

13 Stante Consuetudine nostra licet retrahere omnia immobilia, vel his synonima: alle liegende Güter oder Gründe / ut sunt agri, horti, item alle stehende Erb/ oder Güter / ut sunt domus, tabernæ, cellæ, prout distinguunt Lubeccenses, apud David Mev. *ad Jus Lubecc. L. 1. tit. 10. artic. 3. num. 3.*

14 Feuda quoque si vendita, retrahuntur per proximos. *c. Titius si de Feud. defunct. content. 2. Feud. 26. c. 1. §. sed etiam. 2. Feud. per quos fiat in*
15 *vestit. & ibi Feudistæ.* Sed quia specialiora quædam nostris Moribus, nach Fuldischer Art/ Natur/ Eigenschafft/ Sitt und Gewonheit inducta videmus, igitur de his annotare obiter aliqua in præsenti non erit inutile. Et
16 certè non abs re dicitur, tali Consuetudine standum esse, de quâ certa interpretatio semper observata; quò etiam tendit *text. Feud. 2. tit. 1.* ubi habetur, Leges ne Romanas quidem tantum valere, ut usum vincant in Feudalibus aut mores. Sic generalioribus per specialiora, & in toto Jure ge-
17 neri per speciem derogatur. *l. in toto ff. de Reg. jur.* Hinc in materia Feudorum semper recurrendum primùm ad Consuetudinem specialem; & ita servari debere in judicando, volunt DD. Indubitatè autem hoc procedit, quando Consuetudo Juri Naturali non repugnat. DD. *in l. de quibus ff. de LL.*

18 Igitur, contrà juris Feudalis communis dispositionem, Patriæ Fuldensis mos & Consuetudo etiam Fœminis prospicere, atque eas ad successiones in Feudis admittere voluit, quas etiam jus Feudale Francorum olim non exclusit. Sam. Stryck. *Exam. Jur. Feudal. cap. 4. de Feud. prop.*
19 *Quæst. 30.* Quia verò in certis casibus fœminarum successio tantùm locum habet, igitur per certas Regulas & axiomata eos proponere consultiùs visum. Sit igitur Regula *Prima:*

In linea perpendiculari, extantibus filiis Masculis, Filiæ à successione excluduntur.

20 Ex libris Feudorum habemus, eam successionum Feudalium esse naturam, ut Filii in iis tantum succedant, und seynd die Söhne des Lehens allein fähig. Filii quippè per lineam Masculinam à primo acquirente descendentes in Feudo succedunt, excluduntque sorores, *per text. in c. un. lib. 2. de nat. success. feud. & tit. 17. cumque inter. tit. 104. §. item si quis.* Schrad.

Part. 7. *cap.* 5. *num.* 1. Rosenthal. *cap.* 7. *quæst.* 18. Andr. Fach. *Controv.*
lib. 7. *cap.* 42. Petr. Heig. *P.* 1. *Quæst.* 26. *num.* 13. & 18. Matth. Wesenb.
Consf. 1. *n.* 55. Jul. Clarus *Sent.* 4. §. *feudum. quæst.* 73. Udal. Zas. *de Feud.*
part. 8. *num.* 52. Et certè moribus quoque nostris Filias excludi in specie 21
attestantur Herm. Vultej. *de Feud. cap.* 9. *num.* 50. Andr Knichen, *de Ve-*
stit. pact. part. 1. *cap.* 4. *num.* 48. & 86. Joann. Fichard. *Part.* 1. *Consil.* 17.
num. 7. Matth. Wehner *Pract. Obs. in verb.* Fuldisch Lehen. idque per 22
antiquũ Responsum Reverendissimi Domini Abbatis Henrici ejus nominis
Vti de Anno 1292. confirmatur, quod videre licet in Mantissâ, ibi: wo
ein Mann ist der Lehen hat von meinem GOttes-Hause / und lasset die
Erben beyde Söhn und Töchter nach seinem Tod / daß die Lehen billiger
und rechter fallen und folgen sollen den Söhnen / dann den Töchteren ꝛc.
quod per Reverendissimum & Celsissimum Præsulem, Joachimum Anno 23
1665. renovatum, ut in Mantissâ quoque probatur, verbis: doch mit die-
sem Unterscheid erben und succediren / daß / wo der letzt verstorbene Vasall
Söhne und Töchter hinterlassen / die Söhne denen Töchteren ꝛc. præferi-
ret und vorgezogen werden.

Quid si in investitura sivè concessione (ex quâ naturam & qualita- 24
tem Feudi indagare, & quid in eâ exprimatur, semper attendere decet,
unde & Feuda legem ex investitura accipere dicuntur) per verbum *simul*
Fœminæ investitæ? Ad hoc respondemus: aut Fœminarum æque mentio 25
facta, per verba generalia v. gr. ihm und seiner allerseits Erben / *pro se &*
hæredibus; aut specialius per hæc verba: vor sich und seine Erben / beydes
Manns und Weibliches Geschlechts / *pro se & hæredibus Masculis & Fœ-*
minis. Ad prius respondet Andreas Knichen, *dict. loc. num.* 53. denotare 26
talia verba ordinem quidem succedendi, non tamen simultaneam succes-
sionem; sicut in simili, ubi fœminæ excluduntur à successione quoad or-
dinem, propterea tamen non dicuntur excludi à jure successionis. Neque
dictio *simul* stringit, quæ tali in sensu sumenda, ut deserviat naturæ rei,
& non simplici sono, ideoque sexûs prærogativa, quæ in mare residet,
nihilo secius obtinere debet. Knich. *d. l. n.* 54. Neque obstare potest co- 27
pula & in investitura adhibita. v. g. pro se & hæredibus; tunc enim de-
mum Fœminis aditus est, ubi Masculi deficiunt. Carpz. *Part.* 3. *Constit.* 28.
def. 13. *num.* 5. & 6. Roland. à Valle, *Volum.* 2. *conf.* 41. *n.* 4. Peregrin. *de*
Fideicommiss. artic. 17. *n.* 40. Quamvis denique particulam *cum* fortius 28
stringere velint, ita, ut, eâ appositâ, Fœminæ *simul cum sive unà cum*

Masculis æqualiter succedant. Carpz. *dict. loc.* multò magis si statuto ta-
29 liter inductum, Consil. Marpurg. *volum. 2. consil. 26. n. 174.* Enimverò quia Feuda à similitudine inducta, & à Consuetudine regulari dicuntur, nec non verba secundum subjectam materiam accipienda sunt; ut in particula *&* ordo successivus inducitur, ita ex eadem ratione generali particula *cum* accipienda est, ceu rectè argumentatur Andr. Fachin. *Controv. lib. 7. cap.*
30 *43.* atque hâc ratione semper & ubique in Curia Fuldensi pronuntiatum fuisse, ut superstite filio filia non admittatur, attestatur Andr. Knichen.
31 *d. l. n. 66.* Verba verò: vor sich und seine Erben / beydes Mann- und Weibliches Geschlechts / explicantur per addita in Responso de Anno 1668. ibi: doch mit diesem Unterscheid erben und succediren / daß wo der letzte Vasall &c. Item de Anno 1292. ibi: daß die Lehen billig und rechter fallen und folgen sollen den Söhnen / dann den Töchtern / quæ volunt, ut Filio προτίμησις competat in successione, ut benè notavit Kleust. *de Feud. Dec. 1. conclus. 7.* apud Heig. *Part. 1. quæst. 26. post num. 24. in vers. igitur cum.* Joann. Fichard. *Part. 2. cons. 21. n. 3.* Inde patet, non admissis Fœminis neque earum filios admitti. *per cap. un. §. ad filias de success. fratr.* Nam successor non debet esse melioris conditionis quam author suus, à
32 quo causam habuit, cum successio non admittatur per saltum. Quin etiam certum est, prædicta obtinere, si frater pro *se & sororibus suis* investituram petat. Frater, summotis sororibus sibi solum Feudum vindicat. Knichen, *d. part. 1. cap. 4. n. 53. & 60.* Copula *&*, quæ sororem jungit, verba tantùm copulat, non sensum. Consil. Marpurg. *L. 1. cons. 32. n. 11.*
33 Sequitur indè, si Fœminæ de Jure Consuetudinario Fuldensi ad Feuda habilitatæ, id in defectum masculorum intelligendum, ut si Feudum generaliter nach Fuldischer Art / Recht und Gewonheit concessum, juxta prædicta concessio ita sumenda, ut Consuetudo nostra tali modo omnem actum informet & declaret. Molin. ad *Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. n. 86.*

34 His tamen contrariantur aliquando Consuetudines Familiarum peculiares, & Feuda masculina, item Castrensia, die zu Mann oder Burgk-Lehen sonderlich gericht; quæque singularibus Statutis, privilegiis, pactis & transactionibus immutata, vel aliter Contractibus validis disposita: so zu Mann-Lehen geliehen / oder Burgk-Lehen genennet werden / durch beständigen Burgk-Frieden / oder andere rechtmäßige Verträg geändert / prout verba sonant in Responsis de Anno 1665. & quod ad Invictissimum Imperatorem Carolum V. emanavit, ut in Mantissa. In simili

Respon-

Responsum extat à JCtis Coloniensibus super castro Hunano datum, de Anno 1618. 5. Februar. ubi habetur, in §. auff die erste Quæstion. &c. ibi: welcher gestalt die sämptliche Brüder und Geschlecht von H. eins mit dem Hochwürdigen Fürsten und Herrn Abten zu Fuldt/ als Ganerben zusammen sich eines Burgk-Friedens verglichen/ darzu dann nicht allein keine Weiber H. Geschlechts/ oder deren Ehemänner jemahlen admittirt/ sondern auch noch per expressum cavirt: & §. seq. zum siebenzehenden 2c. ibi: dafern deren von H. etliche keine Söhn/ sonderen Töchtern und Schwesteren allein hätten/ und vor derselben mit Tod abgiengen/ daß alsdann solche Töchter und Schwestern nach übligem Landsbrauch abgelehet/ und damit eins vor alles endlich abgefertigt werden/ seyn und bleiben sollen; Pro Masculinis quoque censentur Feuda, super quibus conventiones, transactiones seu pacta gentilitia, Burgk-Frieden/ erecta, quod idem clarissimè innuit modò dictum Responsum, in verbis: bevorab da besage der Beylage sub *num.* 13. nach Gewonheit und Landsbrauch des Fürstlichen Stiffts Fulda die Lehen-Güter/ sonderlich deßwegen ein Burgk-Fried vorhanden/ vor Mann-Lehen gehalten werden sollen. Ex hisce insuper colligitur, Familiam Nobilem inscio & invito 35
Domino Feudi pactum, vel huic quid simile, vi cujus primordialis natura aut investitura concedi solita immutatur, inire non posse, quippe quæ in præjudicium tertii redundarent. *per l. non debet. ff. de Reg. jur.* Udal. Zas. *Part.* 8. *n.* 42. *in fine.* Nicol. Mozz. *de Feud. acquisit. n.* 93. *Vid. disting.* Zas. *d. l.* Consil. Marpurg. *volum.* 4. *cons.* 19. *n.* 25. Joann. Fichard. *Tom.* 2. *Cons.* 5. *n.* 5. *cons.* 8. *num.* 18. Heig. *Part.* 1. *qu.* 23. *n.* 41. Jac. Menoch. *L.* 4. *Cons.* 158. *n.* 86. Imò nec Dominum obligant, ut, seposità suæ curiæ observan- 36
tiâ, stilo & praxi, secundum ea procedere teneatur, Caspar. Klock. *Tom.* 2. *Consil.* 24. *n.* 27. Ex iis verò obligantur ipsi contrahentes seu paciscentes, 37
utpotè inità obligatione personali. Joan. Fichard. *d. l. n.* 5. Res inter alios acta ad alios non pertinet, quam cum quibus actum est. Consil. Marpurg. *Volum.* 4. *cons.* 32. *n.* 11. & 12. Hinc est, ut (si pacta gentilitia contra Fi- 38
liam aliàs admissibilem inter Vasallum & ejus Agnatos ignorante & absente Domino sint inita) superstiti tantum Filiæ Feudi investitura denegari non possit. Per talia etenim pacta, inter Agnatos inita Feudi & Curiæ Feudalis stilus non immutatur. Rosenthal. *de Feud. cap.* 7. *Conclus.* 45. *n.* 5. & *quæst.* 25. *in princ. d. Conclus.* 42. *n.* 6. cum aliis. Sic, quæ jure Con- 39
suetudinis Curiæ Feudalis debentur, vim legis habent. Schraderus, *de Feud. P.* 1. *quæst.* 1. *n.* 7. Excipitur tamen in Familiâ, præsertim quæ juris- 40
dictio-

ctionem habet, ubi adest in ea Consuetudo contraria, inveterata, hominum memoriam excedens, ubi talis Consuetudo instar privilegii habetur. *l. hoc jure. §. ductus aqua ff. de aqu. cotid. & æstiv.* Joann. Wesenb. *Conf.* 1. *num.* 66.

Hæc quoad primam Regulam, in casu, ubi pater ante filios vel li-
41 beros decedit, sufficiant. Sæpiùs accidit, ut turbatô mortalitatis ordine, filii omnes, vel unus aut alter relictis iterum filiis, qui sunt Nepotes, præmoriantur. His in casibus cum variè, juxta Divinam dispositionem, cum homine agatur, variis utique provisionibus consulendum & prospiciendum est. Quâ de re *Regula* sit *Secunda:*

Filiis antè patrem mortuis Nepotes Avo succedunt in stirpes.

42 Antecedentis Regulæ Conclusio de Fœminarum exclusione, extantibus scilicet Masculis, in præsenti ulterius extenditur. Fœmina etenim in nostro casu semel exclusa semper manet exclusa. Andr. Fachin. *Controv. L.* 7.
43 *cap.* 45. Herm. Vultej. *de Feud. L.* 1. *cap.* 9. *n.* 53. Nostro jure Consuetudinario cum nihil hac in parte sit immutatum, Jus Commune sequimur. *Feud.* 2. *tit.* 1.

44 Sicut itaque Filii in locum Patris defuncti, succedunt, ita etiam plus non consequuntur, quam eorum pater, nec plus commodi Filiis relinqui potest, quàm pater habuit. *l. nemo. ff. de Reg. Jur.* & constat, hæredem ejusdem esse juris potestatisve, cujus fuit defunctus *l. hæredem ff. eod.* Jus inter fratres quale est in successione patris, tale etiam inter eorum liberos. Matth. Wesenbec. *Conf.* 83. *n.* 1. Fratrum enim filii ubique jure repræsentationis admittuntur. *§. cum filius. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. & Nov.* 118. *Cap.* 1. *junct. authen. in successione. in verb. nepotes & ulteriores in stirpes. Cod. de suis & legit.* Conrad. Rittershus. *Novell. part.* 7. *Cap.* 4. *n.* 3. *Feud.* 2. *tit.* 50. *de nat. success. Feud.* Abrah. Saur, *de Success. ab intest. part.* 2. *cap.* 2. *verb.* Lehen-Recht. Valentin. Forster. *de Success. ab intest. L.* 2. *de*
45 *success. liberor. Cas.* 2. *Conclus.* 2. & sicuti in Allodialium bonorum hæreditate, ita & in Feudali successione jus repræsentationis in linea recta locum habet in infinitum. Carpzov. *Part.* 3. *Const.* 29. *defin.* 15. *n.* 2. Struv. *de Feud. cap.* 9. *thes.* 5. Udal. Zas. *part.* 8. *n.* 4. Consilia Marpurg. *L.* 1. *cons.* 23. *num.* 19.

46 Idem Juris est in liberis Masculis diversi matrimonii, ut inter Fratres consanguineos, eorumque Liberos, & Nepotes, in quibus nihil à jure com-

communi diversum, quod per omnia sequimur, quâ de re etiam extat Responsum Reverendiss. & Eminentissimi Domini Cardinalis de Baden ad 47
consultationem Illustrissimi Comitis, Friderici Wilhelmi, Comitis in I. & B. de Anno 1675. quod incipit: Wir BERNHARD GUSTAV, von GOttes Gnaden der Heil. Römischen Kirchen Cardinal, Abt der Fürstlichen Stiffter Fulda und Kempten, &c. ibi: Dieweilen Wir nun in unserer Lehens-Repositur haben nachsehen lassen/ und befunden / daß des vinculi duplicitatis halber keine absonderliche eigene Observantz vorhanden/ so bezeugen Wir hiemit/ daß deßwegen und in diesen und dergleichen Successions-Fällen denen Communibus juribus Feudalibus nachzusprechē/ die duplicitas vinculi in keine Consideration zu ziehen / folglichen Graff Johann Ernst und nunmehr seine Söhne in denen Fuldischen von weyland Graff Wilhelm Otten besessenen J. Lehen beneben Graff Johann-Ludwigen zuzulassen und zu admittiren seyn. Zu dessen mehrerer Urkund ꝛc.

Si quis verò ex præmortuâ uxore habens filium ad secunda vota 48
transeat, ducatque uxorem, quæ à majoribus suis Feudum possidet fœmininum, ex qua unum aut plures suscipit filios, filius ex priori thoro cum his, qui sunt sui consanguinei, non succedit, imò perpetuo excluditur, etsi omnes, etiam hi sui consanguinei ex secundo thoro decederent; nec ipse ejus pater succederet, quippè qui (tam Pater quam ejus Filius ex priori Matrimonio) à stipite, à quo Feudum primo processit, non descendunt. *cap. un. de success. fratr. &c.*

Ulterius juxta Juris Civilis dispositionem proceditur, ubi Nepotes 49
aut Pronepotes ex Filiis prædefunctis Repræsentationis jure cum filiis in primo gradu ad hæreditatem concurrunt, hac tamen observata distinctione, quod Nepotes in stirpes, Filii verò in capita succedant, ex quo sequens formatur *Regula Tertia:*

Filio præmortuo relictis Filiis, qui avo sunt Nepotes, & uno vel pluribus viventibus Patruis, superstites Nepotes Avo succedunt in stirpes, Patrui verò in capita.

Habetur in *Lib. 1. Feud. tit. 8. in verb. Nepotes ex filio loco sui patris. & authent. in successìon. de suis & legitim.* Hieron. Schurf. *Cent. 1. consil. 98. n. 10.*

Omnia jura Patri competentia aut adhuc competitura Filii acqui- 50
runt, sicut eorum pater, si vixisset. Valent. Forster, *de Success. ab intest. L.*

51 1. *de Success. lib. cas. 2. conclus. 3. vers. cum clarissimi.* Quando sit successio Nepotum in Feudis, & an Nepotes veniant appellatione filiorum, vid. *Consil. Illustr. JCtor. Tom. 4. cons. 16.* Joann. Molitoris *per tot.* Sequitur *Regula IV.*

Nullis extantibus Filiis Masculis Filiæ succedunt in Capita.

Hucusque fœminarum in bonis Feudabiles admissio fuit in suspenso.
52 Quamdiu enim Filius superstes est, Filia non admittitur, ut constat ex
53 præmissis. Eam *non admitti* posuimus, & sic malumus loqui, quam vocem *excludi* adhibere cum Herm. Vultej. *L. 1. de Feud. cap. 9. num. 53. vers. quod autem.* ubi differentiam ponit haud obscuram in eo, quod plus sibi velit *excludere*, quàm *non admittere*. Prius successionis spem suspendit, hoc omninò præcludit. Sic fœmina capax quidam in spe, non tamen semper in re; & mulier est in successione deferenda, non autem delatâ, ut loquitur Joann. Goedd. *Consil. Marpurg. Volum.* 1. *cons.* 25. *n.* 136.
54 quin imo deficientibus Masculis, ut causa, cessat effectus. Tiraquell. *in Tractat. cessante causa cessat effectus. Part. 1. sub verbo* renuntiationes *n.* 232. ubi dicit: *Filium non minus succedere Patri in tali casu, ac si nunquam renuntiasset*, & paulò antè sub verbo *exceptiones n.* 96.

55 Juris quoque est explorati, quod, licet Fœmina disertè & nominatim in investitura ex pacto ad Feudum vocetur, nihilominus vocata non intelligatur, nisi in ordine successivè, scilicet deficientibus Masculis. Nam existentibus iis prorsus non admittuntur fœminæ. *per cap. unic. Tit. de eo, &c. 2. lit. 17. cap. 1. §. quinetiam. tit. Episcop. vel Abbatem vel Abbatissam, &c. Feud.* ubi dicitur: *quin etiam si quis eo tenore Feudum acceperit, ut ejus descendentes Masculi & Fœminæ, illud habere possint, relicto masculo ulterius fœmina non admittuntur. § filia, de success. Feud. ubi iterum: filia vero non succedit in Feudo, nisi investitura fuerit facta in patre, ut filii & filia succedant in Feudum, tunc enim succedit filia filiis non extantibus &c. tit. de eo qui sibi vel hæredib. suis &c.* Jul. Clarus. §. *Feudum. quæst.* 7. *n.* 3. Joan. Wesenb. *Part.* 2. *Consil.* 74. *n.* 8. & 20. Joan. Fichard. *P.* 2. *Cons.* 95. *num.* 4. Herm. Vultej. *de Feud. cap.* 9. *n.* 49. Jac. Menoch. *lib.* 1. *Cons.* 65. *n.* 37. Anton. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 32. *n.* 55. Consil. Marpurg. *Volum.* 1. *cons.* 21. *n.* 2. Gregor. Tholosan. *Synt. jur. Lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 4. Bened. Carpzov. *Part.* 3. *Constit.* 28. *def.* 13. Schrad. *Part.* 7. *num.* 53. Rosenthal. *Cap.* 7. *Conclus.* 55.
56 Clarissima insuper Reverendissimorum Abbatum corroborant verba. *Filiis*

liis Masculis non extantibus demùm Filias vocari. Ita responsum Anno 1292. ad preces Henrici von Beinbach / ibi: wann aber die Söhne nicht länger mit seynd / gehören dann die Töchtere zu dem GOttes-Hause / von dem die Lehen rühren / so mögen sie wohl besitzen / ob sie es an der Herrn Gnad finden und behalten ꝛc. Verba: wann aber die Söhne nicht länger mit seynd / intelligenda, quod si vel omninò nulli Filii sint, vel è vivis excesserint, bona possideant cum gratiâ Domini Feudi, hoc est, quasi precario jure: *ut in cap. precariæ 12. quæst. 2. & in tit. extr. de precariis.* Pariter respondit Reverendiss. Abb. Joannes à Merlau Anno 1403. ibi: zum 57
öfftermahl erkannt / wo Fuldisch Lehen getheilet / gestöcket und gestammet worden seynd / und dann förder jegliches sein Theil der Lehen empfehlet und trägt / gehet dann von Todes wegen eins abe / und läst nicht rechte Leibs-Erben / daß Söhn seynd / und läst Töchter / so sind die Lehen mit Recht auff die Töchter gefallen und gestorben / als daß von Alter nach Fuldischer Lehen-Recht und gewohnlichen Herkommen / ꝛc. item de Anno 1551. ad Invictissimum Imp. Carolum V. ibi: daß auch in solchem 58
Fall die Töchter oder Schwestern den Agnaten / so weiter Sipschafft ꝛc. ꝛc. 59
His accedit inter alia novissimum Altissimi Principis, Joachimi de Anno 1665. ibi: in Ermangelung oder Absterben deren Söhne aber die Töchter denen Agnaten oder Vettern / so weiter in der Sipschafft den Verstorbenen verwandt (unangesehen daß sie auch von dem Stammen des ersten Acquirenten seynd) præterirt und vorgezogen werden ꝛc. Qualiter etiam 60
Responsum ad supplicationem P. von N. Anno 1667. ibi: nach Abgang aber der Söhne ꝛc. quæ omnia in Appositis Responsis videre licet infra. Ultimum Regulæ modò propositæ Membrum concludit, suc- 61
cessionem Filiarum fieri in capita, siquidem ut in Allodialibus succeditur. Andr. Gail. 2. *Obs.* 148. *num.* 4. *vers. limita hunc primum casum.* ita hic æquis portionibus juxta Jura Civilia Feudum dividitur.

Veruntamen hæc quoad *Lineam Perpendicularem* dixisse sufficiat; super est *Collateralis*, ubi nullis Descendentibus extantibus à primo acquirente proximi vocantur; iique gradu vel pares vel dispares. Si dispares, nullique ejusdem gradus sunt Masculi, sequentia observanda. *Regula V.*

Fæmina proximior Masculo remotiori præfertur.

Juris Communis dispositione Feudum ad proximos Agnatos à primo ac- 62
quirente, non tantum in septimo aut decimo gradu, sed in infinitum conjunctos devolvitur. *c. 1. §. quod ita de succession. fratr. vel gradu succ.*

Gail.

Gail. 2.*Obs.*150. Myns.2. *Obs.*95. Andr. Fachin. *Controv. Lib.*7.*cap.* 27. Jul. Clarus *d.* §. *Feudum. qu.* 69. Georg. Ad. Struv. *Syntagm. Feud. cap.* 9. *thes.*7.
63 *num.* 1. idemque Jus Fœminas omnino excludit; Contra verò his nostris Moribus increbuit, ut eæ non solum admittantur, verum etiam præferantur, si proximiores sint; quæ proximitas metienda est respectu Vasalli defuncti, non ejus qui primo Feudum acquisivit, modo & ea proveniat ab eo, quin primò Feudum acquisivit: Taliter rescriptum de Anno
64 1665. per Reverendissimum ac Celsissimum Præsulem, Joachimum: **hinterlässet der Verstorbene aber allein** Agnat**en/ Vettern und Baasen** disparis gradus, **so** succedi**ret/** qui proximior est ingradu, sivè mas sivè fœ-
65 mina sit, &c. Idem quoque volunt litteræ declaratoriæ ad Electorem Saxoniæ Fridericum, & ejus Fratrem, Joannem, datæ à Reverendissimo Principe Joanne, hujus nominis secundo, ex Principum Hennebergensium stirpe, quæsita sonant: **Dem Hochgebohrnen Fürsten/ Herren Friedrichen/ des Heil. Röm. Reichs Ertz-Marschallen/ Chur-Fürsten/ und Herrn Joannesen Gebrüder/ Hertzogen zu Sachsen/ ꝛc.** ibi: **hierauf der Warheit uñ Billigkeit zu Steur/ fügen Wir Euer Liebden freundlich zu wissen/ daß an unsers Stiffts-Lehen-Hoff und Mann-gericht/ Gewonheit und Recht/ als daß von unseren Vorfahrn seeligem Gedächtnüß auf Uns und bey Uns noch in Ubung/ herkommen/ auch offtmahls zu Recht erkant und gehalten ist/ daß Fuldische Lehen/ die nicht sonderlich Burgk-Gut oder Burgk-Lehen genennet/ auch nicht durch Burgk-Fried oder andere Verträg verbunden/ sondern die Erb-Fäll an sich selbst frey seynd/ erben die jüngsten Personen von Geblüt oder Siphschafft beyd Weiblichs und Mannlichs Geschlechts ohn Unterscheid ꝛc.** Defuncto igitur proximixor semper & ubique sinè omni sexus distinctione præfertur. Sequitur *Regula VI.*

Masculus & Fœmina, gradu in transversa linea pares, pariter & simultanèe succedunt.

66 Verbis itidem clarissimis in modò memorato Responso de Anno 1665 Regula nostra exprimitur. Verba sunt talia: *si verò ejusdem gradus sunt, omnes simul succedunt, sivè Mas sivè Fœmina:* id est: **beyde Mannlich und Weibliches Geschlechts ohne Unterscheid erben:** ubi pariter vocati, nimir. ejusdem gradus, pariter quoque admittuntur. Conf. Joan. Wesenbec. *Consil.* 74. *n.* 27.

Exci-

Excipiuntur Feuda Masculina, Castrensia, & de quibus aliter in pacificatione castrensi, vel aliàs Contractu valido dispositum: So zu Mann-Lehen geliehen/ oder Burgk-Lehen genennet werden / oder durch beständige Burgk-Frieden oder andere rechtmäßige Verträg geändert/ ut supra; in quibus Fœminæ, vi horum vel similium pactorum, non admittuntur. 67

Quod si igitur Feudum Fœminis & Masculis concessum, in casu, quo per proximiorem successio petitur, non tantum ejus originem, verum etiam, quod à primo acquirente proveniat, prætendens probare tenetur. *per text. in c. 1. §. his verò. de success. fratr. vel grad. succed.* Gail. 2. *Obs.* 149. Et hoc intentionis suæ fundamentum distinctè ac concludenter cuique probandum est. Wesenbec. *Consil.* 41. *num.* 90. Hinc etiam certum gradum probans incertum probanti præfertur. Wesenb. *ibid. num.* 98. 68 69

Cæteroquin brevibus his naturam Feudorum nostrorum in Successionibus attigisse sufficiat; in aliis casibus non expressis aut Consuetudine aliter inductis, ad Jus Commune Feudale recurrimus; quâ de re nostrum erit, ut ad materiam Retractus revertamur, videamusque, quænam bona, præter Feudalia, ulterius Retractui subjecta sint. 70 71

Retractus igitur porrò beneficio subjiciuntur bona colonaria, superficiaria, libellaria & Emphyteutica, de quibus Theodor. Reinck. in sæpe citato *Tractatu de Retract. qu.* 3. *n.* 73. 74. *& seqq.* In acquisititiis bonis idem jus est, ita ut nulla sit distinctio, à quo proveniant, an à Patre vel Matre; sufficit, ut quis sit venditori proximus; nec distinguimus in specie, nach Fuldischem Stadtbrauch/ qualiacunque sint; imo adeò bona communicantur & uniuntur, ut post Matrimonium initum, nullis descendentibus relictis nulloque condito testamento, seu alia dispositione ante matrimoniali valida, vir aut uxor in omnibus bonis, in der versammeten Haab/ veniat, & succedat, ita ut decedens alterum viventem exasse hæredem relinquat; quodque usu receptum in finibus Franconiæ & Sueviæ testatur Matth. Wehner, *Obs. pract. in v.* Gut an Gut/ Leib an Leib/ 2c. In Hassia succedunt Conjuges tantùm in bonis stante Matrimonio acquisitis: Ordinat. Judic. Hassiæ, de Anno 1597. fol. 18. Matth. Wehn. versammete Haab. Plura de his jam diximus supra. 72 73 74 75 76

Immobilibus porrò admunerantur etiam ea, quæ pro talibus habentur, qualia sunt, Actiones ad res immobiles. Varias Interpretum opinio- 77

pinionès videre licet apud Tiraquell. §. 1. *gloss.* 7. *à num.* 1. *usque* 30. *inclusivè.* Actionem habens rem ipsam habere videtur. *l. qui actionem ff. de Reg. Jur.* Vid. *citat. Gl.* 7. *n.* 3. *vers. & generaliter & n.* 19. *in princip.* Actio-
78 ne pro credita pecunia certo pretio vendita, debitori Retractum denegat Ad. Lauterbach. *Compend. in Pandect. ad tit. de hæred. vel act. vendit.*
79 In Hollandia à tempore scientiæ intra annum ad Retractum admitti debitorem, testatur Simon Gröneweg, *de LL. abrog. ad l.* 22. & 23. *Cod. Mandat.* nisi is semel oblatam conditionem repudiaverit, quò casu imposterum ad Actionis cessionem retrahendam nunquam admittitur. Actio-
80 nibus his pari modo adjunguntur Servitutes reales, Tiraq. §. 1. *gl.* 5. *num.* 2. ut, servitus seu jus pascendi in fundo alieno. Tiraq. *ibid. num.* 3. Jus autem compascui, die Cuppel-Weyde/ vendi non potest; Quippè ex facultate & licentia vicinorum hoc jure utimur. Nam aliud est servitus pascendi in alieno, aliud communionem composcuorum exercere; hoc jus nullô tempore potest præscribi, utpote res meræ facultatis, & precariô possessa *l. male agitur Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Joann. Köppen. *Dec.* 12. *per totum.* Jung. *Decis.* 57. *n.* 24. Vid. Ben. Carpzov. *D.* 2. *Const.* 4. *defin.* 15. Andr. Knich. *de Vestit. pact. p.* 2. *c.* 4. *n.* 62. Undè vicinus vicino, & communitas una communitati alteri semper ac quovis tempore renuntiare potest. Joan. Köppen. *d. Decis.* 12. *n. ult.*

81 Operæ Rusticæ ratione rei immobilis debitæ, quia immobilium nomine veniunt, retrahuntur. Tiraquell. *d. Gl.* 5. *n.* 4. Franc. Balthas. *de Oper. Rustic. cap.* 6. *per tot.* quid Consuetudinis in his vid. supr. Cap. de prælat. Domini, ubi quædam recensentur.

82 Fructus pendentes cum fundo venditi pars fundi censentur. *l. fru-*
83 *ctus & ibi Gloss. ff. de Rei vindic.* Quod si separatim vendantur, retrahens non auditur, tanquam re in Familia non permanente, & quia servando servari nequeunt. Theod. Reinkinck. *Q.* 3. *n.* 90. 91. & 92.

84 Census & annui Reditus, Zinsen/ Gült/ jährliche Gefälle/ si perpetui, inter immobilia reputantur. In Burgundia expressè sancitum testetur Tholosan. *Syntagm. L.* 26. *cap.* 2. *n.* 3. modò ex rebus immobilibus constituantur. Reinkinck. *d. Q.* 3. *n.* 84.

85 Item vectigalia, portoria, quidagia & pedagia huc spectant. Tholos. *d. l. n.* 5. Tiraquell. §. 1. *Gloss.* 7. item hæreditas, quæ jus in corporale est, habens in se multa bona immobilia; quamvis etiam mobilia compre-hen-

prehendat, prævalent tamen immobilia, tanquam principaliora & digniora, minus principalibus mobilibus. Tiraquell. *d. l. contra* Masver. *quem sequitur* Tholosan. *d. Cap. 2. n. 14.*

Rebus, in quibus Retractus competit, paucis hiscè absolutis, trans- 86
gredimur ad Contractus, ex quibus retrahimus. Quidam *Regula* generali hic ponunt, in *Contractu venditionis tantum retrahi.* Hodiè Contractus iste usitatissimus, priscis incognitus fuit. *l. 1. ff. de contrah. empt. & vendit.* Pinell. *in rubric. Cod. de rescindend. vendit. Part. 1. C. 1.* Aristotel. *Ethic. 5. & politic. cap. 6.* Augustin. Morl. *in suo Empor. Tom. 1. tit. 9. n. 27.* ubi dicit: primo ærea numismata fuisse inventa, deinde argentea, postmodùm aurea. Isidor. *lib. 16. Etymolog. cap. 17.* Æs adhuc hodiè sumimus pro omni pecunia, aurea & argentea *l. 159. ff. de Verb. signif.* Sic dicimus,
æs suum, æs alienum *l. 213. §. 1. ff. eodem.* Fit per emptionem venditio- 87
nem commutatio rei cum certo pretio. *l. 1. ff. de rer. permut. L. 1. §. final. ff. de Contrahend. empt.* concurrentibus scilicet tribus Contractibus sub-
stantialibus, re, *pretio* & consensu *§. 1. 2. 3. Instit. de Empt.* Nec non ge- 88
neraliter in omnibus Contractibus sequens ordo juris in decem his gradibus consistens à quolibet, præcipuè Judice, inspiciendus.

1. Mens & consensus hominis.
2. Ex consensu dicta aut facta.
3. Ex dictis factisvè Contractus vel quasi.
4. Ex contractu vel quasi, Obligatio,
5. Ex Obligatione Actio.
6. Ex Actione Forma.
7. Ex Forma agendi, Judicium.
8. Ex Judicio sententia.
9. Ex Sententia Executio.
10. Ab Executione salus Reipublicæ, & privatorum quies.

Ex hisce passim per interpretes tres principaliter in genere numerantur 89
modi, ut Contractus possit dici fictus, imaginarius, ac simulatus, notante Joan. Andr. Dornsperg. *in Syntagm. de Probat. cap. 40.* post Bald. *in l. cum precibus. Cod. de Probat.* & Bart. *in Consil. quod incipit: Factum*
tale est, Petrus Nicolai *donavit. &c.* Primus est, quando in veritate agi- 90
tur Contractus talis, qualis in se est, alius tamen à contrahentibus cele-

bratus simulatur. *Tot. tit. Cod. plus valet, quod agitur & l. empti fides Cod. de Contrah. empt.* In hac propositâ simulationis specie retracturus principaliter deducat ac probet verum & genuinum contrahentium actum, quem aliis nominibus celebrarunt. Ratio est, quia non attenditur, quibus usi sint verbis, sed quid inter partes actum. In Contractibus potius contrahentium voluntates quam verborum conceptionem inspici debere leges volunt. *l. fui. in princip. Cod. quæ res pign. oblig. possunt. l. in promittendo ff. de Jur. dot. l. in conventionibus. ff. de Verb. signif. Consilior. illustr. Tom.*
91 *4. cores. 12. num. 3. & 22.* Alter modus simulatus dicitur, ubi Contractus quidem verus, nec simulatus, ein rechter auffrichtiger Kauff / sed ad tempus tantum, idque modicum durat, puta ut res forsan revendatur. *l. 3. §. si ab ignoto. ff. de Manumiss.* Est quidem talis in jure consistens & permissus, non tamen constans, in Rechten bestehender / nicht aber beständiger Kauff / qui, quoad formam specificam valet, ut est *text. in l. 2. Cod. de Pact. inter empt. & vendit.* nec ex sua apparentia simulatus, nihilominus
92 ex suis concurrentibus, ut dictum, talis præsumitur. Tertius est imaginarius *l. imaginaria ff. de Reg. jur.* ubi Contractus quidem apparet, in mente tamen contrahentium nihil fit vel agitur. Exemplificatur in Emptione, ubi intervenit pretium, consequenter non valere potest. *l. 3. Cod. de Contrah. empt. l. nuda ff. Eod. l. imaginaria ff. de Reg. jur.* Barthol. Cæpolla, *Lib. Cautelar. cautel. 243.*

93 Eruitur ex his, Venditionem simulatam sine consensu esse, *ut notat Gloss. in L. 3. Cod. de Contrah. empt.* ubi substantia Contractus non impletur. per *d. l. 3. text. in princip. Instit. de Obligat. ex consens.* quapropter invalidatur, *pr. L. 2. Cod. de Contrah. empt.* Augustin. Morla, *Emp. jur. part. 1.*
94 *tit. 9. num. 57.* Valet tamen in id, quod inter contrahentes actum reverà est, quia per actum simulatum nunquam mutatur rei veritas, nec ideò ea impeditur. *l. si ancillam Cod. de Contrah. empt. l. 2. Cod. Plus valere &c.*
95 Sic is, qui fundum donat, & simulat vendere, non contrahit empt. ven-
96 dit. *per l. 3. Cod. de Contrah. empt.* Is tamen non donat, quod notandum, qui minori pretio vendit, sed reverà habetur pro venditione: *L. si quis donationis ff. de Contrah. empt.* ubi dicit *textus*: *quotiens viliore pretio res donationis causa distrahitur, dubium non est, venditionem valere.* August. Morl. *d. l. num. 59.*

97 Sed an teneat venditio, re non traditâ simpliciter tamen vendita, hîc quæri possit? Non valere sentiunt Interpretum multi volentes, etiam

rem

rem tradit debere: Enimverò quia venditio ſolo conſenſu perficitur, §. 1. *Inſtit. de Empt. vendit.* etiamſi pretium non numeratum, modò conventum, antè peractam traditionem jam retrahimus. Theod. Reinck. *Q.* 7. *n.*178.*cum ſeqq.* Licet enim emptor Dominus rei antè traditionem non efficiatur, tamen poſt peractam conventionem Actio ad conſequendam rem ei naſcitur. *d. L. ex empto.* 11. §. *& imprimis ff. de act. empt.* cui ſententiæ tanquam veriori plurimi ſubſcripſere, poſt Bart. & Bald. apud Reinck. *d. l. n.* 184. *cum ſeqq.* 98

Nunc quoque materiam Laudemialem, in Buchoniæ noſtræ partibus frequentiſſimam & ex Conſuetudine uſitatiſſimam, cum hic & in unoquoque caſu annectere propoſuerimus, operæ pretium erit, ut eam aliquantulum extendamus, ac videamus, ex quibus rebus, & in quibus alienationibus Laudemium debeatur. Ea autem ut melius cognoſci queant, de bonorum, prout Ruſtici noſtri ea poſſident, origine & qualitate, breviter quædam præmittenda occurrunt. 99

Poſt ampliſſimas Caroli Magni, HLudovici pii, Lotharii, Carolomanni, aliorumque Romanorum Imperatorum & Regum Francorum, nec non plurium aliorum Donationes, Inclytæ ABBATIÆ Fuldenſi factas, Abbatia de terris ſuis multos Comites, Marchiones, Duces & alios, imò Reges & Imperatores ipſos iterum inveſtivit, qui Feudi titulô ab Abbatiâ eas recognovêre, prout videre eſt ex pergameno quodam manuſcripto Codice, hîc Fuldæ in Archivo aſſervato, ubi Principes recenſentur, qui jam tunc temporis, quô Codex iſte ſcriptus, beneficia ab Abbatia tenuerunt. Ab his quomodo & ſub quâ qualitate demum ad Ruſticos bona hæc pervenerint, deinceps exponemus. 100

In dicto Codice Principum, Comitum & cæterorum ordo talis eſt:

Ipſe Imperator Fridericus, qui quondam Dux, Nobiliſſimi Ducis Friderici Filius, qui non ſolum Patris beneficium in Alſatia habuit, ſed & Dipolth Marchionis Beneficium tenuit, Dux etiam Fridericus Filius Chunradi Regis ſeptem Principum Beneficia de hoc Fuldenſi obtinuit Monaſterio. Marchio Adelbertus non ſolum ſuum ſed & aliorum Principum obtinuit Beneficia. Otto Marchio in Orientali Saxonia. Ludevvigus Landegravius plus omnibus habet in beneficiis. Palatini duo, unus de Reno, alter de Danubio. Rapoto, Comes, Phtolfi Comitis Filius de Henneberc. Ludevvicus, Comes de Rinegge. Ludevvicus, Comes de Lara. Gerhardus, Comes de Nuringes, 101

Gerhardus, Comes de Wertheim. Godefridus Comes & Advocatus Ecclesiæ & Filii ejus & filius Fratris ejus, Rufus, Comes, Perhtoldus, Comes de Nitene & alii Liberi. Hermannus, Comes de Bramberch. Willihelmus, Comes. Emicho, Comes de Liningen. Ervvin, Comes de Turingen. Syzo Comes. Gothefridus, Comes urbis de Nurenberc. Giso Comes. Marquardus de Grumbach. Henricus de Steebelenberc. Giso de Jazzaha. Wernherus. Boppo & Goteboldus de Irmenolteshusen. Wieger de Warperch. Ludevvigus de Franckenstein. Adelbertus & Fridericus de Truhentingen. Wiegerus de Rodenhusen, & frater ejus Burchardus de Leimbach, &c. &c.

102 Post has donationes Domini & Abbatia Ruricolis suis bona primitus Coloniæ jure distribuêre, atque multiplicatis agricolis terram incultam & sterilem per hos magis magisque colere cæperè, quâ ex concessione Rustici nullum sibi acquirebant dominium; sed ex his Coloni, qui
103 Laaß-Leut/ vocabantur, dabant annuatim Abbatiæ aliisque eorum Dominis, certum annuum censum, einen gewissen Jährlichen Laaszinß/ nach
104 Außträglichkeit der Güter. Ex bonis his, quæ indè Laaß-Güter vocant, præter meliorationem nihil alienare licuit, als die Bau und Besserung / hoc est, was sie auff demselben verbaut und an der Ländereyn verbessert / steritque in Abbatiæ Nobilitatis, Dominorumque arbitrio, cuique ea concedere, & quemque iisdem iterum privare, qualia adhuc hodiè multa his in terris sunt.

105 Mortuo Colono vel mutatô, vel bonis privato, Domino suo, dem Laaß-Herrn/ Laudativum, ein Liebnuß/ sive sit novus Colonus, sive vidua, sive sint liberi demortui Coloni, pro receptione & retentione horum bonorum, præbuerunt; quod magis ex Dominorum gratiâ, & certa conventione, quam ex debito factum. Præterea nullum iis impositum onus, nisi
106 quod annuus census præbitus fuit. Turbulentioribus insecutis belli temporibus, cum multi agros colere tutò non potuerint, sponte sua eos
107 abdicarunt. Igitur prima post exantlatas belli ærumnas Dominorum fuit cura, ut incommodis hisce non solum mederentur, & in bonis & agriculturæ statu plebeculam sustentarent, verùm etiam desertores in priora restituerent. Idcircò cœperunt bona, non tàm colonis ipsis, quàm uxoribus & liberis eorum concedi & transmitti. Ex quâ hæreditariâ hâc con-
108 cessione bona aliam induêre naturam, sicque ex bonis simpliciter locatis, aus Laaß-Gütern/ bona Emphyteutica, Erb-Güter facta sunt. Hùc con-

fer

fet omninò Matth. Wehner. *Pract. Obs. verb.* **Fuldisch Lehen.** *vers. quaritur hoc loco cum seqq.* Nihilominus mutatâ jam naturâ, onera & singula alia compendia, ut annuus census, Laudativum, daß Ufnamgeld oder Löbnuß/ in bona Emphyteutica translata, ac insuper onera Emphyteuticaria, ut Laudemium in casu venditionis ac aliis modis, ut & caducitas, in suis casibus, supervenêre. Matth. Wehner. *d. l. vers. jam ad Laudemium & seqq.* 109

Certissimum est, ac in omnium Interpretum ore tritissimum, Laudemialem hanc materiam ex mera consuetudine cujusque loci determinari, Joan. Sichard. *in Cod. Lib. 4. tit. 66. L. fin. num. 34. in fine.* Sic in persolvendo Laudemio id potissimum spectamus, quod huc usque observari solitum; *l. Domini prædio n. 5. Cod. de agric. & cens.* Nam Consuetudo arte suâ Chymica album quandoque in nigrum mutat, ut passim DDres dicunt. Igitur Laudemium Lehen-oder Fall-Geld/ item Empfahe-Geld à nostris dictum, datur propter receptionem novi possessoris & subscriptionem à Domino factam, ut patet ex *l. final. Cod. de Jur. Emphyteut.* & quidem toties, quoties novus Emphyteuta illud acquirit, so offt sich eine Enderung mit dem Lehen-Mann begibt. Verum quantitas Laudemii non semper eadem est. Nam generaliter attendendum, utrum ex successione, an verò ex alienatione recognoscendum sit. Priori casu, de singulo floreno tres crucigeri, & indè de centum quinque floreni; Posteriori verò, v. gr. ex emto, de unoquoque floreno quatuor crucigeri, & ita consequenter sex & duæ tertiæ floreni de centum solvuntur. Illa ergò quantitas, quam Andr. Knich. *Part. 2. de Vestit. pact. cap. 4. num. 136.* astruit, moribus Fuldicis Emptorem decem pro centum, & venditorem quinque pendere, diù abolita, nisi, quod Nobilium aliqui octo, & jam plus aut minus pro centum ab emptore adhuc exigant. Quod quoque in omnibus successionibus, Laudemium pendatur, moribus ab ævo huc usque observavimus, contra *l. final. & ne avaritia & ibi gloss. in verb. accipere Cod. de jur. Emphyt.* qualis Consuetudo approbatur, per Matth. Wesenbec. *Consil. 16. num. 2.* Andr. Knich. *Part. 2. de Vestit. cap. 4. n. 203.* Georg. Frantzkium *de Laudem. cap. 4. n. 28.* & alios, quos citat & sequitur Bened. Carpzov. *P. 2. Const. 39. def. 22.* cui concordat Jus Bavaric. *Tit. 12. artic. fin.* ibi: So sich eine Aenderung mit dem Lehen begibt/ daß der Lehen-Mann verstürbe/ oder solches sonsten aus seiner Hand verändert/ oder der Lehen-Herr verstorben wäre/ so offt ist Mann-Lehen zu empfangen schuldig. 110 111 112 113 114 115

116 Igitur, demortuô possessore, ejus Relicta, vel eo sine uxore defunctô, hæredes, pendent de singulis centenis, florenos quinque, dicitque Jus Bavar. *Tit.* 21. *artic.* 21. der Anfall/ so offt sich mit dem Besitzer ein Veränderung zuträgt/ wie die beschicht/ soll also genommen und bezahlet werden.

117 Si decedens possessor in diversis matrimoniis vixerit, relicta ultima vidua cum propriis suis liberis, unà cum privignis in communi, quinque pro centum recognoscunt; quantum deindè portionis ex relictis possessionis bonis viduæ ejusque propriis liberis competit, tantùm illa pro se suaque sustentatione & propriorum liberorum educatione. Quod si verò vidua ad ulteriora vota transeat, sicque propriis suis liberis præcipuum, einen Vorauß/ constituat, novus Maritus ea omnia bona agnoscit, in quæ ipse ejusque Liberi, si qui superveniant, intrat, exclusô prioris matrimonii liberis præcipuo relicto, exsolvitque itidem Maritus novus pro quibusvis centenis florenos quinque; modò in immobilia immittatur;
118 secus, si in mobilia tantùm, in die Fahrnuß vel fahrende Haab/ de quibus nihil præstat. Comprehenduntur vero sub mobilium vocabulo omnia, quæ de sua natura de loco in locum moveri possunt. Joan. Heeter, *de bonorum acquæstum conjugatium commun. &c. Loco* 17. *part.* 2. *n.* 1-16. de quibus cum 11. ampliationibus usque ad finem fusius agit.

119 Quia Retractus in immobilibus tantum bonis, quo etiam spectant Emphyteutica, locum habet, igitur Laudemium de immobilibus tantùm penditur. Andr. Tiraquell. *de Retr. consang.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 85. Nicol.
120 Boër. *Decis.* 229. ubi docet, si accidat, rem mobilem unà cum immobili vendi, licet unica sit venditio, tamen pro rata tantum immobilium retra-
121 hi, Laudemiumque solvi. *Quid si cum immobilibus etiam fructus vendantur?* Respond. si fructus adhuc pendentes, vel stantes, ita ut pars fundi dicantur, juxtà *l. Julianus.* 13. §. *si fructibus, ff. de Act. empt. l. fructus, & ibi Gloss. ff. de Rei vindic.* (de *quo latè* Covarruv. *Varior. Resolut. cap.* 15. *n.* 1.)
122 Laudemium de integro pretio debetur. Sin autem jam à solo separati,
123 horum ratione non debetur. *Quid si fructus separatim in solo vendantur?* Resp. ex mente Tiraquelli, *d.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 43. *& seq.* etiam non deberi Laudemium.

124 Supra *n.* 97. simpliciter sententiam, venditionem valere re non tradita, pro veriore habuimus; indè statuitur, Laudemium statim deberi, Masver. *Pract. forens. tit. de Retract.* §. 1. *tempore.* Joann. Papus *Lib.* 13. *tit.* 2. *ar-*

rest.

rest. 30. quos sequitur Theod. Reinck. *de Retr.* Q. 7. *n.* 179. & nostra quoque praxis idem observat.

Sicut venditio consensu, & statim simul atque de pretio convenerit, perficitur. *Inst. de Obligat. ex consens.* & *Instit. de Empt. vendit. in pr.* ita contrario consensu contrahentium, si statim & in continenti id fiat, dissolvitur; per vulgatum, quod nihil tàm naturale, quàm eo genere quidque dissolvi, quô colligatum est *in l. nihil* 35. *ff. de Reg. jur.* Intelligendum tamen hoc est, re adhuc integra. Ita *est text. in L.* 1. & 2. *Cod. Quando liceat ab empt. disced.* 125

Quæritur, si à Contractu emptionis discedatur ex voluntate contrahentium, an nihilominus debeatur Laudemium? Respond. Re Laudemiali venditâ, statim ex ipso Contractu Domino jus acquiri, adeò ut in præjudicium ipsius contrahentes à Contractu discedere nequeant; quod si discedant, Laudemium ex Consuetudine nostra denuò solvendum. Et ita tenent citati apud Molin. *ad Consuetud. Paris.* §. 13. *Gloss.* 15. *num.* 15. & 19. Amaderus à Ponte *in Quæst. Laudem. quæst.* 38. Georg. à Widmont. *Colleg. in Pandect. L.* 6. *tit.* 3. *num.* 120. *Et concordat* 127
Jus Bavar. *Tit.* 21. *artic.* 21. **Da auch ihr zween eines Guets Gerechtigkeit / oder einer Herrn Gunst halben / mit einander einen Kauff / Ubergab / oder dergleichen gemacht / oder geschlossen / so seynd sie auch dem Grund-Herrn den Anfall schuldig / ob gleich der** Contract **wieder zurück gienge.** Sunt præterea alii, distinguentes inter Contractum re adhuc integrâ, & in continenti rescissum (dicitur autem secundum plerosque, in continenti fieri resolutionem, si partes recesserint, antequam ad alios actus diverterunt) & ex intervallo. Hôc casu Laudemium deberi volunt, illô casu non deberi, pro quo allegatur ab Amadeo de Ponte Angelus, Castrensis, & Alex. in *l. juris gentium* §. *adeò ff. de pact.* Alii distinguunt, an res sit tradita, vel nondum tradita; si tradita, duplex venire Laudemium volunt. Christoph. Richt. *Decis.* 83. *n.* 49. Andr. Tiraquell. §. 1. *Gl.* 2. *n.* 41. Caspar Klock. *de Ærar. L.* 2. *cap.* 42. *n.* 40. Georg. à Widm. *in Pandect. L.* 6. *tit.* 3. *num.* 121. Quo in casu etiam nostris moribus Laudemiorum duplicatio solvitur, facitque de centum tredecim flor. & quinque bazios; cum tot debeantur Laudemia, quot sunt alienationes; unum solvendum est propter Contractum antea celebratum, deinde alterum propter distractum. Hartm. Pist. *Lib.* 1. *quæst.* 50. *n.* 17. Quod etiam videtur velle Cynus *in L. ult.* §. 5. *ad quia nostra majestas. Cod. com. de leg. apud* Tiraquellum

126 (margin, beside "Quæritur") · 128 (beside "gienge. Sunt præterea") · 129 (beside "Alii distinguunt")

tum §. 1. *Gl.* 2. *n.* 44. *in fine.* qui distinguit inter consuetudinem Laudemiorum simpliciter de venditione loquentem, & consuetudinem de alienatione etiam mentionem facientem. In primo casu haud dubiè præberi putat Laudemiū; in secundo non nisi factâ alienatione, *vel* clarius traditione. Re nondum tradita, liberè à Contractu discedere & pœnitere contrahenti-
130 bus licere, vult Molin. in *Consuet. Paris.* §. 13. *Gl.* 5. *n.* 12. Quid si dissolutio Contractus fiat ex nova causa, utpotè ex nova venditione, additô vel mutatô pretiô, aut variatis conditionibus, eo, in casu duplex iterum solvendum esse Laudemium, docent Amad. de Ponte *d. qu.* 38. *n.* 9. Paul. de Castro, *Consil.* 74. *volum.* 2. Tiraquell. *de Retract. convent.* §. 6. *Gl.* 2. *n.* 7. *&* Bart. *in d. l. juris gentium* §. *adeo.*

131 Jam pariter quærendum, an ex Retractu nostro quoque duplex debeatur Laudemium? Videmus quotidiè, emptorem postquam emit, statim Domino teneri de Laudemio, proximus verò quia retrahit, datum ab emptore reddere, ac insuper pro se ex Retractu adhuc semel persolvere debet, quia nova quodammodò censetur venditio, ut ratiocinatur Alberic. de Rosate *in* 1. *Part. statutor. quæst.* 95. *&* 96. *apud* Tholosan. *Synt. L.* 25. *cap.* 16. *n.* 6. addens ibidem, *ex* Boër. *in Consuetud. Bituric. Gl.* 1. § 5. *de Retractu,* Consuetudine ibi ita servari; cui concordat nostra Consuetudo,
132 ubique taliter practicata; Imò si proximus post interpositum Retractum denuò cedat Emptori, quia nova censetur venditio, rursus ab emptore *præstatur.* Boër. *in d. Gl.* 1. *&* Tholos. *d. l.* Itaque tripliciter Domino Laudemiari constat.

133 Ad Retractum ut revertamur; pono rem sub conditione venditam, utrum proximus admittatur, quin retrahat quæstio oritur? Cui respond. antè conditionis eventum nihil eum operari. Henr. Zoës. *Tract. de Retr. gentil. num.* 111. *&* 113. ideò, quod antè non possit dici Contractus perfectus, quàm conditio effectum consequatur, ubi & tempus modo
134 currere incipit proximo; exinde concludendum, Domino præstationes sivè Laudemia necdum deberi. Tiraquell. *de Ret. gent.* §. 1. *Gl.* 2. *n.* 23. Christ. Richt. *d. Decis.* 83. *n.* 88. *& seqq.* Bened. Carpz. *Jurisprud. P.* 2. *const.* 39. *def.* 14. *& in f. sent. scab. Lips. Anno* 1595. Ob ihr gleich beym Truncke mit Christ. Gartmann einen Kauff umb sein Gut geschlossen / dieweil alles solches dannoch anderer Gestalt nicht / als mit dieser austrücklichen Condition und Bedingung geschehen / wofern euer Weib des folgenden Morgens darein einwilligen würde / welches aber nicht erfolget / noch

euer

euer Weib damit zu frieden gewesen / so seyd ihr auch dem Lehen-Herrn des Orts Lehen-Wahr zu geben nicht schuldig / v. r. w.

Limitatur, non procedere in casu, quô pendente conditione traditio 135 facta fuerit. Molin. *Consuet. Parif. tit.* 1. §. 13. *gl.* 5. *n.* 23. ubi in arbitrio retrahentis erit, statim post peractam traditionem retrahere, vel conditionem exspectare, Tholos. *d. l. c.* 2. Theod. Reinck. *de Ret. q.* 4. *n.* 63. Placuit econtrà, si contrahentes post perfectam venditionem & ante peractam traditionem rursus recedunt, etiamsi fiat in præjudicium retrahentis, non admitti eum; cum retrahens, quod emptor nec dum accepit, trahere nequit. Henr. Bocer. *Part.* 1. *Class.* 3. *disputat. in* 22. *num.* 50.

Pariter Retractus denegatur in venditione nullâ. Nullus actus nul- 136 lum parit effectum. *l. si aut nullum* 4. *Cod. Legit. hæred. l. non dubium* 5. *Cod. de Legib.* sive illa venditio nulla sit ex defectu solennitatis, vel authoritatis requisitæ, vel propter incapacitatem personæ, vel propter dolum, vel aliud vitium aut quandam impossibilitatem. *L. impossibilium ff. de R. I.* & qui dissentiunt circa rem vendibilem, nullam ineunt emptionem, utpotè in incertis, quibus nullus esse potest consensus. *argum. Gl. in verb. sub juramentum, in c. ex litteris* 1. *de sponsal.* August. Morla, *Empor. jur. part.* 1. *tit.* 9. *n.* 15. Ex nullo nihil sequitur. *l. ejus qui in provincia. ff. de reb. credit.* Proindè emanat etiam, nullum Dominum consequi 137 Laudemium. Tholos. *l.* 26. *c.* 5. *n.* 1. Christ. Richt. *Decis.* 83. *n.* 84. *& ibi* Amad. de Ponte *Qq. laud. q.* 39. *& seq. num.* 85. Tiraq. §. 1. *Gl.* 2. *n.* 7. & DD. plerumque omnes. Sic æque denegatur in omnibus aliis Contracti- 138 bus nullis tàm Retractus, quàm Laudemium. Richt. *d. n.* 84. & ibi Respons. Jenens. de Anno 1637. super Contract. permutationis, ubi inter alia: daß Lorentz Nestvogel den getroffenen Tausch zu halten schuldig / er könte und mögte dann / uff vorgehende genugsame Vorwarnung des Meinaydes und dessen schwerer Straffe / Eydlichen erhalten / daß er also truncken gewesen / daß er hernach nicht gewust / was dißfalls und sonderlich wegen der ausgeliehenen Baarschafft vorgangen / so wäre der Tausch-Contract zu Recht unbündig. Dahero ihr auch uff solchen Fall einig Lehen-Geld hievon zu fordern nicht berechtiget / v. r. w.

Consimiliter in Venditionibus aliis certis de causis rescin- 139 dendis Retractus nullus est, quamvis regulariter venditionis Contractus invitô alterô rescindi nequeat. *per l. de contractu, Cod. de Rescin-*

140 *dend. vendit* Causas, propter quas venditio facta rescinditur, intelligimus vim metum vel dolũ, quibus comitibus celebratus Contractus rescinditur. *l.1. & l.5. l.8. & l.10. Cod. de Rescind. vendit.* ubi adhuc duo adduntur, si nim. Curialis vendiderit, vel Palatini emerint *l. penult. & final. Cod. eod.*
141 Rescinditur autem, seu, quæ synonima, destruitur, irritatur, & annullatur, sicut *in tit. ff. & Cod. de Rescind. vendit. l.1. ff. de Legat. præstand. l.35. in honorariis, ff. de Obligat. & Action. §. rursus. Instit. de Action. l.6. §. quamvis ff. de bonor. possess.* duobus modis, vel ipso jure, vel beneficio actionis, ex empto vendito, idque sententia Judicis. De priori modo habetur *in l. hoc modo. ff. de Condit. & demonstrat. l. cum hæreditas 5. ff. qui & ad quibus & in tit. ff. qua sentent. sine appellat. rescindend.* De altero est *in l. 6. Cod. de act. empt. & in l.1. L. si dolo. Cod. de rescindi vendit.* Cujac. *in Paratitl. Cod. de rescind. vendit.*

142 Quod si contingat Contractum ex modo dictis notabili de causâ, vel ipso jure, rescindi, Laudemium haud dubiè non solvitur; passim *per DD.* Ampliatur in casu, quô Contractus ab initio ex primæva causa, tanquam non subsistente, fiat vitiosus & irritus. Exemplum est in rescissione, ex capite Restitutionis in integrum, vel ex beneficio *l. 2. Cod. de*
143 *rescidend. vendit.* imò datum à Domino reddi debet. *per l.1. & 2. ff. de Condict. ob caus.* Hartm. Pistor. *Observat. 223. n.38. & seqq.* Quod secus esset, si ex causâ extrinsecus vel ex post superveniente dissolvatur. Christ. Richt. *dict. Decis. n.87.* Exindè duplex lucratur Dominus Laudemium, emptione scilicet perfectâ ac consummata, sed denuò rescissa. Amad. de Ponte *Q.38.* Bened Carpz. *P.2. c.39. d.13. n.9.*

144 Deinde sub certis pactis, ut est Addictio in diem & Lex commissoria, quæ LL. fundatæ & receptæ, Contractus irritus, perfectus quidem est, sed uterque sub conditione resolvitur. *l.2. ff. de in diem addict. l.1. ff. de L. commissor.* Ideo Contractus, si unum ex his ei appositum, omnibus numeris perfectus dici nequit, propter dominium necdum irrevocabiliter translatum. *l. dolis fructus §. ult. l. sed nisi hoc ff. de Feud. dotal.* quâ de re etiam in his duobus antè veram, plenam, perfectam, & irrevocabilem Dominii translationem, alienatio non dicitur. *l.1. Cod. de Feud. dotali.* Sic possessio tradita non putatur, quæ jure avocari potest. *l. ratio ff. de Act. empt. l.3. §. si quis servum ff. de statu lib.* Indè nec retro retractationem admitti plurimi voluêre DDres, nisi post tempus elapsum venditioni vi
145 pactorum appositum, ut Tholosan. *dict. Libro cap. 4 n.1.* Hinc quando

emptio

emptio per addictionem in diem fit, isto modo ut sit conditionalis, ut fieri potest, *per l. 2. ff. de in diem addict.* Non deberi Laudemium nisi conditione existente vult Tiraquell. *Tit. 2. de Retr. convent.* §. 2. *Gl. 2. num. 4.* Si verò ita fiat, ut pura sit emptio, & sub conditione tantum resolvi possit, ut etiam traditur. *in d. l.* 2. tunc si conditio sit secuta, consecutivè Laudemium quoque debetur. Contrà tenet Anton. Gomez. *Var. Resolut. Tom. 2. Cap. 2. num. 31.* ubi dicit, quod Laudemium sivè Gabella nihilominus debeatur, eo quod Contractus resolutio vel distractus sit intelligendus respectu contrahentium, non vero Fisci, cui jus statim quæsitum est. An retrahatur ex pacto de retrovendendo vide infrà. 146

Quæritur, *si quis emens rem vel possessionem dolo malo eam in potentiorem vel duriorem denuò vendat, eo animo, ut tali alienatione propter vindicationem ex Retractu proximo competentem, quam primus emptor timet, retrahens tantò magis litibus divexetur, vel omninò metu potentioris adversarii à Retractus jure Consanguineus desistat, an huic Consanguineo retrahenti hoc casu nullo juris remedio succurri possit?* Dum datâ operâ in fraudem nostram proximi alienatio fieri videtur, ubi accedit, primum ementem nondum Dominum certum & irrevocabilem esse, secunda venditio habetur pro invalida, dum pendente tempore nihil in prædio empto mutandum. Quod si nihilominus fiat, Pro-Consul omnibus modis prospexit, quibus conditionem nostram deteriorem meliorem faciat, Actionem in factum concessit, si quid fiat judicii mutandi causa *l. 1. ff. de alienat. judic. mut. caus. facta.* etiam utili Actione retrahens Consanguineus ex hoc Prætoris Edicto sibi prospicere potest, veramque causam restitutionis acquirit, ad id, quod ei interest. Vid. Caspar. Manz. *Tract. de Restitut. in integr. tit. 7. de alienat. judic. mut. caus. fact.* 147 148

Quandoque rerum propriarum venditio fit, in quibus Protimiseos jus non admittitur, quales sunt, quæ rationibus certis, ex necessitate & utilitate publica deposcente, venduntur; imò inviti quandoque cogendi, ut vendant. Sic statutum prohibens alienationes, solummodò in alienatione voluntaria, non autem necessaria, locum habet. Ita communiter DDres, ex Alberic. *in 2. part. statutor. q. 206.* Jul. Clarus, *Sentent. lib. 5. §. final. practic. crim. q. 82. statuto 6. num. 9.* Locum habet hæc in mobilibus, ut frumentis, cibariis & iis, quæ ad victum vestitumvè spectant, ita ut in annonæ caritate ad certam taxam illorum valor redigatur, & per decretum Magistrale, ne penuria augeatur, exportatio quandoque prohi- 149 150 151

 betur,

betur. Jul. Clar. *d. §. final. Quæst.* 82. *statuto septimo incipiens circa Blada, & in addit.* Baptist. Bajard. *h. l.* qualis prohibitio & taxatio priori anno 1709. hîc promulgata, quod ferè omnes in Imperio Principes sanxêre: dum ingens annonæ incendium in Germania præter extera Regna quoque ir-
152 rui, videbatur. In immobilibus quoque ex evidenti communi commodo, vel utilitate Reipubl. vel Religionis, necessitate utique concurrente hæc tenent, ut fit quandoque circa exstructionem Ecclesiarum, Monasteriorum, Scholarum, aliarumque piarum domuum & locorum, Anton. Gomez, *Var. Resolut. Tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 51. nec non in profanis, ut ad usum Reipubl. noviter exstruendorum vel amplificandorum vallium & fossarum. Theod. Reinck. *Q.* 3. *n.* 181. quare & hîc inviti compelluntur, ut vendant. *l. utilitas Cod. de Primipil. & argum. l. un. Cod. ut nemini liceat in empt. spec. &c.* Vid. Augustin. Morla, *in Emporio, Part.* 1. *tit.* 9. *Quæst.* 1. *per tot.* Multæ præterea fallentiæ contra Regulam, *quod nemo rem suam vendere compelli possit*, videantur apud Bartholomæum Socinum, *de fallent. Regul. jur. Regula* 530. ubi 58. ponit. *Sed, quod propter necessitatem permittitur, eatenus permittitur, quatenus necessitas urget, nec in argumentum idcirco trahi debet. L.* 22. *ff. de Reg. Jur.* Semper & ubique utilitas publica præ-
153 ferenda privatæ, unde fluit, retrahentem hîc non audiri. Theod. Reinck. *c. l. n.* 182. quamvis regulariter nemò ad emendum vel vendendum cogendus. *l. nec emere. Cod. de Jur. deliber. l. invitum. de Contrah. empt. l. invitos. Cod. de Locat.*

154 Amplificatur positio nostra in privatorum fundis, ad habenda materialia necessaria, veluti ad aperienda latumia, zu Maur oder anderen Quaterstein. ad arenam, lutum ac calcem fodiendam, Sand / Leimen und Kalck auszugraben / & similia usui necessaria. *l. venditor §. si constat.*
155 *ff. commun. prædior.* idque contra vulgatum, quod quilibet sit rerum suarum moderator & arbiter. *uti in l. mandata.* 21. *Cod. Mandat. l. per provincias Cod. de ædific. privat.* ac iniquum esse, non licere hominibus ingenuis ad libitum disponendi de suis. *l.* 2. *in fin. ff. si quis à parent. fuerit. mancip.* Thoming. *Decis.* 13. *n.* 27. *& Decis.* 53. *n.* 19. Cach. *Decis.* 100. *num.* 1. Ni-
156 hilominus, his non obstantibus principi licet omnia subditorum bona in suo territorio sita in necessitate auferre. *l.* 1. *& l.* 3. *Cod. de Usucap. l.* 2. *& l. bene à Zenone. Cod. de Quadrienn. præscript. l. item si verberatum §.* 1. *ff. de Rei vindicat.* quippè sunt Domini provinciarum suarum, consequen-
157 ter rerum inibi sitarum. *l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de Jact.* Tenentur tamen justum

justum subditis solvere pretium. *l. venditor.* 4. §. 1 *ff. commun. præd.* Sixtin. *de Regal. L.* 2. *cap.* 7. *num,* 71 *& cap.* 13. *num.* 78.

Si quæratur, *utrum quoque Laudemium ex alienatione necessaria de-* 158
beatur, ponunt Interpretes pro Regula: quod ex alienatione voluntaria tantum, non autem necessaria Laudemium præbeatur. Tiraquell. *de Retr. Gent.* §. 29. *Gl.* 1. *n.* 4. Tholos. *S. J. Lib.* 25. *cap.* 16. *num.* 5. Amad. de Ponte, *Qu.* 25. *&* 26. Frantzk. *de Laudem. cap.* 16. *n.* 13. Necessaria autem 159
potest esse alienatio vel ab initio, de qua non datur, vel ex post facto; puta rem Laudemialem quendam vendere promisisse, ex cujus promissio- 160
nis vi postea necessitatur, ut vendat, quia licet ab initio hæc venditio fuerit voluntatis *l. sicut* 4. *Cod. de Obligat. & Act.* ex post facto tamen fit necessitatis, unde haud dubiè debetur Laudemium.

Rei immobilis in solutum datio venditionis instar est. §. *fin. ff.* 161
Quib. ex caus. in possess. eatur. ibi: item is qui rem in solutum accepit, emptori similis est. l. 4. *prædium Cod. de Evict.* Michael. Nizol. *allegat.* 24. *n.* 1. Theod. Reinck. *Qu.* 4. *n.* 18. *& seqq.* ubi pro & contra disserit; venditionis vicem ideò obtinere perhibetur, quia quod in solutum datur, in solutionis vicem surrogatur. *l. si quis cum.* §. *qui injuriarum ff. de Action.* Joan. Coras. *Miscellan. Jur. Lib.* 3. *c.* 3. *num.* 3. *&* 4. Quô factô Consanguineus 162
rectè retrahit. *Latè* Tiraquell. §. 1. *gl.* 14. Pretium quippè hic intervenit, debitum certum scilicet,! pro quo res datur in solutum. Dico *certum.* Nam quod non est vel non apparet, vel in minori summa, vel in plus debito datum in totum vitiatur, per Regulam, cessante causa cessat effectus, Michael. Nizol. *d. alleg. num.* 3. Quapropter in nostro casu statutum lo- 163
quens de venditione, etiam locum habet in datione in solutum, & Laudemium quoque penditur. Casp. Klock. *de Ærar. Lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 60. Georg. Frantzk. *de Laudem. c.* 16. *ampliat.* 19. *num.* 425. *& seqq.* Adverte tamen, rem Emphyteuticam vel similem, datam in solutum, ita æstimari 164
debere, ut contineat Laudemium, aliàs Creditor consequeretur plus aut minus, quod utrumque non licet. *per l. planè. ff. de Petit. hæredit.*

Extenditur Retrahendi facultas, sivè illa in solutum datio sit volun- 165
taria sive necessaria, ut hîc. Carol. Molin. §. 13. *Gl.* 5. *num.* 48. Augustin. Morl. *d. t.* 9. *q.* 13. *n.* 2. *de Jure Regni Castellæ* simpliciter id affirmans. Voluntaria fit ab ipso Debitore Creditori, necessariam autem intelligimus, quæ à Judice pro executione rei judicatæ fit. *argum. l. cum fideicommiss. ff. de Fideicommiss. libert.* item quæ sub hasta. Georg. à Widmont, *in Pan-*

 dect.

deci. tit. Si ager vectigal. n. 124. Tiraquell. §. 1. *gl.* 14. *n.* 14. & auctione seu
166 in licitatione publica contingit. Theod. Reinck. *d. l. num.* 54 ex quibus pari modo Laudemia penduntur. Cui adstipulatur nostra Consuetudo, &
167 Andr. Knich. *L. 2. de Vestit. pact. cap.* 4. *n.* 161. Hanc tamen distinctio-
168 nem rejicit Casp. Klock. *de Ærar. d. l. num.* 66. *Quia id* inquit, *quod fit à judice adjudicante, & Creditori addicente, censetur fieri ab ipso Debitore, qui propria sponte cum Creditore contraxerat, inde illa obligatio ex voluntario consensu nata, necessitas esse nequit, ergo voluntate Debitoris factum, ut Domino directo novus Emphyteuta investiendus obveniat.* Per rationem ibidem *apud* Klock. *num.* 64. subjectam, qui statuit, paria esse, alienare, & facere aliquid, quapropter alienatio sequitur; *cui consentit* Bened.
169 Carpzov. *P. 2. Const.* 39. *D.* 17. Hîc enim non consideratur necessitas alienationis, quæ originem trahit ex facto ipsius alienantis Debitoris, quoniam hæc necessitas non mutat Jus ejus, cui debetur Laudemium. Tiraquell. *d. Gl.* 14. *n.* 13. & Laudemium accipit Dominus pro investitura, traditione possessoris, ac susceptione novi Emphyteutæ. Christoph. Richt. *Decis.* 83. *num.* 59. & 60. Prædictam modò distinctionem pariter rejicit Georg. à Widm. *d. l. n.* 124.

170 In donatis in quibus nullum intervenit pretium, si simpliciter & purè pro recompensa, ut vocant, datur, locus Protimisi non est, neque donata sub prohibitione generali de non alienando continentur. Pet. de Petra, *de Fideicommiss. Q.* 8. *n.* 524. Et hoc quidem ad exemplum Legatorum & relictorum per testamentum, in quibus non retrahitur.
171 Proximus is non semper est, qui sanguine junctus, sed & is satis proximus est, à quo gratiam & auxilium exspectamus. Videatur Tholosanus, *Lib.* 26. *c.* 7. ostendens parabolam apud Lucam *cap.* 10. hominis incidentis in
172 latrones. Secùs est in donatione simulata, & quæ suspecta videtur; inde
173 proximior juramentum à præsumto donante & donatario exigere potest. *text. in Constit. Friderici, de Jur. Protimis. vers. ex causa tamen.* Theod.
174 Reinck. *d. Tract. q.* 4. *n.* 94. Fraus præsumitur, quando nulla adesse posset causa sic contrahendi. Henr. Zoës. *de Retr. Gent. num.* 91. *& ibidem*
175 Bald. & Panormit. Donatarius verò tenetur de Laudemio, ne invito Domino obtrudatur novus Vasallus. *cap.* 1. *§. donare, qualit. ol. feud. alien. pot.* Tiraq. §. 25. *Gl.* 1. *n.* 3. Andr. Knich. 2. *c. n.* 184. *de Vestit. pact.* Amad. de Ponte, *Q.* 30. *& seqq.* Georg. Frantzk. *de Laud. c.* 20. *n.* 452. 453. *& seqq.*
176 Bened. Carpz. 2. *Const.* 39. *d.* 19. *concord. ibid. Constit. Elect. Saxon. tit.* von

Lehen-

Lehen-Wahr. ibi: Solche Lehen-Wahr ist auch Jeder / der nicht durch einen Kauff / sonderen ex titulo lucrativo das Gut erlanget/als so es ihme geschencket / oder in einem Testament vermacht wird / zu erlangen pflichtig.

Ampliatur etiam in filio, quando pater in vivis donat, Laudemium 177
præstari ab eo. Caspar Klock. *d. c.* 42. *n.* 84. Georg. Frantzk. *cap.* 20. *n.* 7.
Pari modo procedit in donatione mortis causa. vid. Frantzk *d. c. n.* 60. 178
& seqq.

Donatio ob provisionem corporis, hoc est, quando donans ea le- 179
ge donat, ut donatarius donantem alat, utique non retractatur, attamen ex 180
ea Dominus Laudemium consequitur; quòd etiam de Consuetudine Pictonum testatur Tiraq. §. 26. *gl.* 2. *n.* 2.

Consimiliter præcluditur illa retrahendi facultas in dote data, per 181
tradita dicti Tiraquelli *in* §. 1. *Gl.* 14. *n.* 91. *& seqq.* qui *num.* 96. contrarium
concludit. Multò magis in dote æstimato data. *ibid. num.* 108. Interim ad- 182
stipulante nostra Consuetudine Laudemia pendere in omni dote quocunque modo data quotidianum est. Nisi quid aliter inter novos Con-
juges actum sit. Idem intelligitur in donatione propter nuptias, quæ da- 183
tur filio. *Quid si sponsa, quæ in cœlibatu bona sua jam recognaverit, post-* 184
modum matrimonium ineat. Respond. Maritus tanquam novus possessor bona recognoscet, das er zu den Gütern angenommen und eingewehret/ dabitque pro quoque centeno valoris quinque pro centum.

Quid si Emphytenta donet emphyteusin detento usufructu ad dies vitæ? 185
Statim Laudemium à Domino peti posse amplexus est Georg. Frantzk. *cap.* 20. *num.* 18. Quia vero contingit Emphyteuseos mutatio, idcircò *seq.*
n. 32. contendit, donatarium etiam Laudemium soluturum. De cætero in 186
summa observandum, in omnibus donationibus quæ fiunt illis, qui non habent jus legitimum in re, ut sunt plerumque donationes puræ, quæ nullo jure cogente fiunt *l. donari.* 29. *ff. de donat.* vel etiamsi ex causâ aliquâ fiant, magis recepta est sententia, Laudemium deberi; eaque propter rem æstimandam esse, quæ non æstimato donata. Amadeus de Ponte, *q.* 30. *& quos ibidem citat.* Tholosan. *Lib.* 25. *c.* 16. undè Laudemii præstatio quoad quantitatem regulanda.

In bonis Testamento relictis, vel alia dispositione, ut legatorum no- 187
mine dispositis, sicut in aliis donationibus validis, quæ propter bene me-

rita fiunt, quibus legata & hæreditates, quæ nunquam sinè causa obveniunt, sed ob meritum aliquot accedunt. *l. nec adjecit. 9. ff. pro Socio. l. rem legatam. 18. ff. de Adimend. vel transferend. Legat.* Gentilitius Retractus non admittitur. Nisi in ipso Testamento facultas sit concessa, ut fundo legato vel Testamento relicto vendito, Consanguineo liceat retrahere,
188 de quo vid. sup. *cap. 3. in §. expositis breviter* &c. Hisce verò casibus Do-
189 minis Laudemia penduntur, modò possessor sivè Emphyteuta sana mente vel aliter non in præjudicium Domini disponat. Consentit Constitut. Elect. Sax. von Lehen-Wahr. wo das Gut erlanget / als so es ihme geschencket oder in einem Testament vermacht wird. Dantur autem his & similibus relictis, quinque pro centum. von hundert Gulden werths fünff Gulden.

190 *Quid si possessor senio vel morbo confectus morteque proximus de rebus suis disponere velit, an possit?* Certi juris est ægrotos, senes & valetudinarios testari posse *l. senium Cod. qui testam. facere poss.* Id verò intelligendum est de iis rebus, in quibus quis habet omnimodam & plenam administrationem, nec non quando præjudicium tertii non subintrat. Quod si ergò dispositio datâ operâ in Domini præjudicium redundaret, undè aliàs post mortem Emphyteutæ duplex consequeretur Laudemium, unum, quod debent conjunctim, & deindè herciscundo quilibet iterum pro rata, in posito nostro casu de suis disponendi hucusque licentia denega-
191 tur, & in statu quô bona permanere debent, donec vel mors insequatur, vel omninò reconvalescat Testator, ubi libera dispositio bonorumvè Cessio non denegatur, Ita parentes sivè senio confecti sivè non sint, sanà tamen mente & corpore ut sint necesse est: Da solche Eltern wiederumb genesen / ist ihnen alsdann eine Disposition und Ubergab zu thun unbe-
192 nommen. Ubi communiter in cessionibus dotalitium vel sustentationem ad dies vitæ excipiunt, danturvè juxta valorem bonorum cessorum sex & duæ tertiæ floreni, pro singulis centenis,

193 Ex divisione inter socios in communione prædii diu persistentium Retractum denegari compertum est, Tholosan. *L. 26. cap. 10. per tot.*
194 Antè quæsitum jus inter eos tantum distinguitur, attamen ex divisione rei Emphyteuticæ Laudatitium onus haud subterfugi, eo quod ad exemplũ hæredum primo in communi, & denuò pro rata in divisione solventium, attendantur, voluerunt Petrus Jacobi, Capella, Tholosanus, & quos refert Camillus Borellus, *de Magistr. Edict. Lib. 5. cap. 2. num. 62. & 63.* apud Casp.

Casp. Klock. de *Ærar.* 2. *c.* 42. *n.* 74. Penduntur autem pro quolibet 195
centeno quinque floreni, tam in recognitione simultanea quando hæredes post mortem patris conjunctim, die gesambte Lehenschafft. quàm quan- 196
do quilibet postea in divisione pro rata agnoscit, und fordert der Lehen-Herr auff Absterben des Lehen-Manns für den Tod / von den Erben insgesambt und von den Erben auff deren Urtheilung / sein Lehen-Geld / wiederumb besonder. Solvimusque taliter duplex Laudemium. Si uni socio- 197
rum aut cohærendum adjudicaretur, vel cederetur tota Emphyteusis, undè reliquis pro suis partibus pecunia solveretur, Laudemium pariter debetur; & communiter ita placuit DD. Carpzov. 2. *c.* 39. *d.* 25. *n.* 8. Klock. *d. c.* 42. *n.* 71. Concordat jus Bavar. *Tit.* 12. *artic.* 8. Ubi habetur: Wann die Erben in der Erbthaylung / oder sonsten einem Erben aus ihnen das Lehen zu thaylen / so ist solcher Erb von seiner Mit-Erben thaylen / die sie am Lehen gehabt / den Lehen-Raich von neuem zu geben schuldig / und allein sein Thayl / den er am Lehen ererbt / des Lehen-Raich gefreyet.
Danturque ex pecunia sive condigna æstimatione reliquorum partium 198
pro unoquoque centeno sex floreni & duæ tertiæ, deducta ipsius parte hæreditaria. Bened. Carpz. *d. C.* 39. *def.* 26. Georg. Frantzk. *c.* 8. *n.* 56. Quod
si in duobus tantum superstitis hæredibus, divideretur Emphyteusis in 199
duas partes, alterive pro supplemento minoris partis adjudicaretur pecunia, ex unoquoque centeno suppleto, similiter 6. floreni una cum duabus tertiis Domino penduntor.

Obvenit præterea quæstio, *an in Pignore Constituto locus sit Retra-* 200
ctui? quod negat Tiraquell. §. 1. *Gl.* 14. *n.* 127. *ibid.* Igneus, *in l.* 1. §. *servus n.* 3. *ff. de SCto Scyllan.* etiamsi res tradita. Theod. Reinck. *Q.* 4. *num.* 96.
Dubitatur autem an ex oppignoratione solvatur Laudemium? Ad quod 201
communiter respond. Doctores, non esse solvendum si pignoris possessio,
non transferatur ad Creditorem; sin transferatur, ut fit in antichresi. *l. si* 202
is qui. 11. §. 1. *ff. de pignorib.* permulti voluere, Laudemium indè pendendum, ex eo, quòd sit quasi venditio quædam conditionata. Vid. quæ huc adducit amplius Amadeus à Ponte, *Q.* 33. *num.* 3. ubi tamen ipse. *num.* 4. existimat, si reverà pignus maneat, & non sit palliata venditio, Laudemium ex ea non deberi, etiamsi Creditor sit in possessione pignoris; & movetur inde, quod hic non sit opus aliqua approbatione novi possessoris; manet enim ipse debitor verus possessor pignoris. *l. sciendum* 19. §. *creditor. ff. de his qui satisd. cogant. L. qui pignoris ff. de acquir. possess.* Carol. Molin. *in Consuet. Paris.* §. 22. *n.* 60. Accedit Creditorem in pos-

ſeſſione ſemper loco debitoris eſſe *L. cum et. 35. in fin. ff. de pignorat. act. l. ſervum 16. ff. de uſucap. L. per ſervum 37. ff. de acquir. rer. dom.* Apud noſtros, etiam in antichreticè tradito Laudemium dari nondum vidi, quod quidam velint Emphyteuſin oppignorari non poſſe. His reſpondit Hunnius, *in Treutl. Volum poſter. diſput.* 1. *Theſ.* 5. *quæſt.* 28. ubi dicit: *Legem final. Cod. de Jur. Emphyteut.* quam illi objiciunt, *non intelligi de alienatione rei non Emphyteutica, cujus oppignoratio ſpecies eſt, ſed de alienatione juris Emphyteutici,* de qua alienatione Imperator *in d. l. fin.* loqui-
203 tur: Dominus directus tamen in caſu, quô reluitio pignoris in debitore Emphyteutæ vix præſumitur, prælationem præ extraneo creditore habet; ita, ut magis apud eum bona ſint, cui ea jam aliundè tacitè ſunt obligata
204 Matth. Weſenbec. *Conſil.* 75. *n.* 3. Sed propterea jus reluendi debitori Emphyteutæ non aufertur, quod perpetuò retinet etiam à ſuo Domino repetiturum. Tiraquell. *de Retr. Conſ.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 15. *cum ſeqq.*

205 Ulterius æque dubitatur circa principalem noſtram Retractûs materiam, *an procedat in Transactione?* Ad quod reſpond. quod non, cujusmodi Traditio ſeu dimiſſio, quæ per Transactionem contingit in re, de qua inter tranſigentes agitur, non dicitur alienatio, & ſic venditio voluntaria, ſed neceſſaria pro evitanda ſcilicet lite extinguendisque inde ut
206 plurimum inſequendis moleſtiis; Verùm perplacet diſtinctio Tiraq. *in* §. 1. *Gl.* 14. *n.* 63. & Tholoſani, *Lib.* 26. *c.* 8. *n.* 1. *cum ſequacibus.* Non obtinere, quando res remanet penes poſſidentem Conſanguineum, contra ſi tranſeat in extraneum, datô poſſidenti pretiô.

207 Dices, à Contrario procedere in Transactione occulta, ſimulata & colorata, quam quandoque contrahentes ſubdole adhibent, dum in ſe vera Venditio ſit; imò quotiescunque materia in jure non eſt tranſigibilis, utpotè ſi res, de quà tranſigitur, non ſit dubia, nec ulla lis de ea moveretur, ſublatâ transactione vera alienatio eſt. Joſeph. Urceoli, *de Transact.*
208 *Quæſt.* 77. *n.* 12. Qui verò allegat transactioneme, am probare tenetur. Modeſtin. Piſtor. *Conſ.* 2. *n.* 39. *q.* 6. At ſuper facta transactione generali excipiens, non opponens, debet probare. Vid. Mod. Piſt. *d. Conſ. n.* 24.
209 *usque ad fin.* Pari modô prædictam Tiraquelli & ſequacium, diſtinctionem attendi, quoad Laudemii præſtationem, tutius eſt, & ita vult Tholoſan. *dict. cap.* 8. *n.* 2. & *Lib.* 25. *cap.* 16. *n. ult.* Chriſtoph. Richter. *Deciſ.* 83. *n.* 171. & *ſeqq.* eò, quod vera & realis ſit alienatio, ſi res tranſeat in alium, ſecus, ſi mediante Transactione remanet penes priorem poſſeſſo-

rem

rem, ubi magis erit litis liberatio, quàm verâ alienatio, Georg. à Widm. *in Pandect, Lib. 6. Tit. 3. n. 119.* Idcircò ex transigentium placito, si, aliquô acceptô, possessio ad alium transfertur, est quædam venditio, & quidem voluntaria. Nam Transactio non nisi à volentibus fit, ad quam nemo invitus cogendus *l. interpositas. 13. Cod. de Transact. l. sicut Cod. de Obligat. & Act.* Idem Tiraquell. §. 1. *gl.* 14. *n.* 63. & 69. & plures alii, qui videndi apud Amad. de Ponte, *Q.* 32. Consequens & illud est, si quis vendicans rem 210
Laudemialem in Judicio Possessorio obtineat, eum nondum teneri de Laudemio, sed Dominus expectet, donec in Petitorio decisum. Christ. Richt. *d. Consf. n. 175. & seqq.* Et ita in Collegio Juridico Jenensi judicatum ibidem reperitur.

Non immerito etiam in dubium vocatur, *an in Locatione & Con-* 211
ductione ad longum tempus (de temporali quæ infrà decem annos est, & tempore finito in familiam recedit, non multum difficultatis est,) *Retractus valeat?* Cardo negotii in eo vertitur, an sub specie alienationis sit Locatio Conductio ad longum tempus, vel non; De priore affirmant tàm textus expressi *in princip. Instit. de Locat. & Conduct. l. 2. ff. Locati.* quàm non parvi nominis authores, ut Gabriel, Surdus, Boëoius, Rimin. Junior, & alii, in suis Consiliis, Angelus Aretinus, *in Institut. ad tit. de Locat.* & alii citati apud Theod. Reinck. *Q.* 4. *n.* 100. *& seqq. & quæ ponuntur ibid. num.* 111. 112. 113. Tiraq. §. 1. *gl.* 14. *n.* 79. *& seqq.* Et apud Michaelem Nizolium *allegat.* 29. *num.* 1. & 2. ubi dicit: *dispositum in uno etiam locum habere in altero. Quò sequeretur, in locatione, sicut in venditione, cui illa assimilatur, iisdemque juris regulis constat, per. d. l. 2. ff. Locati. retrahi omninò licere.* Verius autem concluditur argumentô ex causa no- 212
stra finali sumptô, jus Retractus locum non habere, eò quod res ex familia omninò non abeat longi temporis Locatione, decenniò scilicet, dum Dominium directum manet nihilominus penes locantem, cum utile tantum transferatur in alium, tandem relapsurum. Theod. Reinck. *d. Q. n.* 114. *& seqq.* ubi contrariorum opiniones eliduntur.

Multò plus dubii est in Locatione perpetuâ, & quæ ex pacto reno- 213
vanda de decennio in decennium. Quamvis Zoës. *in Commentar. ad ff. tit. de Retract. Gent. n. 94. in princip.* ponat, pro communi sententia receptum esse, in his quoad punctum juris, Retractui locum non esse; pro veriori tamen ibidem tenet, cum Covarruvia *Lib. 3. Variar. Resolut. cap.* 11. *n.* 4. secundùm finem Retractus, ne utile dominium transeat, in ex-

traneum

214 traneum, proximum admitti: eo quod jura prohibentia alienationem dominiorum contineant etiam utile dominium. *per l. sancimus. Cod. de Reb. alien. non alienand.* Theod. Reinck. *de Retr. d. l. num.* 118. *limit.* 1.

215 Nunc quæritur: *an etiam ex Locatione dandum sit Laudemium?* Et sunt, qui etiam hoc in casu pro Laudemio judicant, præsertim in Conductione ad longum tempus. Communiter affirmantes vide apud Georg. Frantzk. *de Laud. c.* 15. *n.* 3. qui quoque moventur inde, quod nomine alienationis etiam veniat Locatio ad longum tempus, & per eam jus in rem constituatur *l.* 1. §. *quod ait Prætor*, *& ibi Gloss. ff. de superficieb.* Deinde, quod nec Vasallus, nec Emphyteuta sinè consensu Domini possit ad longum tempus rem locare. Bald. *in cap. unic. in princip. n.* 16. *Feud.*
216 *de his qui Feud. dar. poss.* In contrarium verò videtur, quod Laudemium non debeatur. *per Gloss. in L. Scævola Codicillis* §. *instituto filio. ff. de Legat.* 2. ubi tenet Glossa, quod locans ad centum etiam annos non dicatur alienare. Et idem videtur velle *text. in cap. un.* §. *donare Feud. qualiter olim. Feud. alienari poterat. nisi*: ut ait ibidem textus: *Locatio esset fraudulenta alienatio.* Quam sententiam ex generali consuetudine Galliæ approbatam attestatur ex Dd. Bojer. *Q.* 235. Joan. Papus *L.* 13. *arrest. tit.* 2. *arrest.* 2. *Lodz ne sont deuz d'alienation par louage à dix ans.* Et facit, quod Feudatarius possit fructus rerum Feudalium pro tempore vitæ suæ vendere. Amad. à Ponte, *Quæst.* 34. *num.* 6. *ubi seqq.* pugnat pro prima sententiâ. Non dari Laudemium quoque amplecti videtur Jacob. Menoch. *de Præsumpt. L.* 3. *præs.* 105. *num.* 8. *&* 9. Idem tenet Georg. Frantzk *d. t. d. c.* 15. *num.* 4. *cum seqq. multis.* Nam etsi Locatio ad longum tempus sit quædam alienatio, attamen illa alienatio non tàm respicit possessionem
217 veram ipsius rei, quam utilitatis & commodi. Vera enim possessio rei locatæ manet apud Locatorem, & Conductor est tantum in possessione rei, loco locatoris; & ipse Locator dicitur possidere propter Conductorem, sicut est in simili in Creditore, qui possidet antichreticè rem debitoris. *Textus est in l. generaliter.* 9. *l. res pignoris* 37. *l. si colonus* 31. *ff. de adquir. possess. l. certè.* §. *is qui rogavit. ff. de precario.* Hæc ratio quoque efficit, ut perhibeatur, ex constitutione ususfructûs etiam non deberi Laudemium, quia non alienatur vera possessio proprietatis, & usufructuarius naturaliter tantum videtur possidere. *l. naturaliter.* 12. *ff. de adquir. possess.* ubi textus notanter dicit, *videtur possidere*, quia reverà non possidet, naturaliter quidem, sed tantum in possessione est. Andr. Fach. *Controv.*

lib. 8.

*lib.8. cap.*18. post Cujacium & alios *ibid. per text. in L. acquiritur.*10. *in fin. ff. de adquir. rer. dominio. L. sciendum.* §. *possessor. ff. qui satisdar. cog. L. celsus ff. ad Exhibend.* Hanc quoque opinionem dicit Amadeus à Ponte, *Quæst.*40. tenere modernos Parisienses, qui ipse eos non sequitur, sed magis eos, qui relevium exigunt.

Plerumque fit ab iis, qui sibi ex omni parte de Retractu timent, ac 218
nihilominus rem habere affectant, ut de securitate sibi prospiciant. Sic proximâ viâ ambulantes, rem cum re permutant, bene scientes, quod lippis & tonsoribus notum, in permutatione Retractum locum non habere! Hoc observant plurimæ Consuetudines, multa tenent statuta, leges corroborant, Responsa Prudentum approbant. Fit autem permutatio, cum
res cum re commutatur. *l.*1. §.2. *ff. de rer. permut. l.*3. *Cod. Eod.* Frequen- 219
ter quoque pecunia ex una parte additur, ideò attenditur, quid principaliter inter partes actum. *l. semper in stipulationibus* 34. *ff. de Reg. jur.* & in conventionibus mens prævalet verbis *l. si debitor* §. *verisimile ff. de contrah. empt. l. in conventionibus ff. de verbor. obligat.* Jacob. Menoch. *Consf.*27. *n.*42. & spreto nomine attenditur natura & effectus Contractus. Jacob. Menoch. *d. Consf. n.*45. Georg. Frantzk. *de Laud. cap.*18. *n.*20. *& seqq.* Tiraq. *de Retr. Gent.* §.30. *gl.*1. *n.*2. Augustin. Morl. *Emp. jur. Part.*1. *tit.*9. *n.*60.
Si dicatur à Contrahentibus, ut res vendatur, mentioque pretii fiat, em- 220
ptio venditio erit, *Gl. in l. ultim. Cod. de præd. decur. & in l. illicitas. ff. de Offic. Præsidis. in l. apud Celsum, in fin. ff. de Doli except. l. si inter virum. L. cum dotem ff. de Jur. dot.* etiamsi re prævaleat pecunia, quæ una cum re
datur. *l. tenetur* 6. §.1. *ff. de act. empt.* Pone: principaliter actum, ut res 221
pro re detur, etiamsi pecunia interveniat, permutatio tamen est *c. ad quæstiones Ext. de rer. permut.* quod pulchrè limitat Georg. Frantzk. *d. c.*
18. *n.*27. *Quid si principaliter non videatur, quid actum*; attenditur, an 222
pecunia pluris valeat re, quæ ab altera parte datur, & Emptionem venditionem esse constat. Anton. Gomez, *Var. Resol. Tom.*2. *cap.*2. *n.*10.
Sin pecunia minus valeat, & res prævaleat, permutatio est. *argum. l. quæ-* 223
ritur ff. de statu hominum. Vid. Nicol. Boër. *Decis.*144. *per totum.* Anton.
Gomez *cit. loc.* Cum verò neque cognosci possit, an res prævaleat vel 242
pecunia, ac utrumque sibi æquale inveniatur, tunc in dubio Contractus est innominatus. *Ita concludit* Bart. *in l.*1. *ff. de Rer. permut.* & Jason. *in d. l.*1. *ff. eod. apud.* Gregor. Tholos. *S. l. V. Lib.*26. *c.*12. *n.*1. *& est cap. ad quæstiones Extra de rerum permutatio: & facit text. in l.*1. *ff. de*

Æstimat. act. & agendum Præscriptis verbis. Bart. *& DD. ibidem apud.* Tholos. *d. l.* Quidam pro Contractu venditionis, utpote Contractu usitatiore & frequentiore, alii pro Contractu mixto ex permutatione & venditione concludunt, quod videre licet apud eundem Frantzk. *d. c.* 18. *num.* 30. 31. *&* 32.

125 Quod autem in Permutationibus bonorum immobilium multæ exerceantur fraudes, illis, qui multa sibi comparant, non ignotum est, indeque sæpius etiam fit in Judiciis, ut ea, aliquando cum periculo famæ, Consanguineis reddere damnentur. Fraudes de facili ex indiciis, conjecturis, & præsumptionibus detegi posse duobus modis exposuit doctissimus & multæ lectionis vir Andr. Tiraquellus, *in sua Præfatione, hic n.* 81.
126 Primus est quando permutans suum fundum diutius detinet, quem postea
127 in se verè, sed clàm alteri permutanti vendit; alter, si quis verè quidem tradidit alteri, ita ut possessionem quidem habeat, ex post facto autem de-
128 nique recuperat, cum idem sit ac si taliter in principio egisset. Alium casum non tamen fraudulentum *in* §. 1. *gl.* 14. *n.* 19. posuit sæpè fatus author, ubi quidem nulla intervenit fraus Contrahentium, nihilominus Permutatio rescinditur, si scilicet alius fundus, sed æstimato, pro alio datus, quô posito pro vera emptione venditione reputari debeat *per l. si prædium* 4. *ff. de Evict.* Non obstante, verbo *Permutationis* Contrahentes usos fuisse. Jac.
129 Menoch. *lib.* 3. *Præsumpt.* 105. *n.* 11. adhuc alium subjungit, in *Præfat. n.* 79. quem magis prudenter quam fraudandi animo fieri respondet. Eundem
130 refert Tholosan. *S. J. V. lib.* 26. *cap.* 12. *n.* 2. ex Tiraquello. Perinde fit, quod sæpius etiam ab interpretibus decisum, in Contractibus permutationis simulatis & fraudulentis, quæ habentur ac si revera fuissent Emptiones & Venditiones, Proximum admitti. Quippè illicita pro non appositis habeantur. Nam plus valet, quod in veritate, quam quod in opinione consistit. §. *si quis rem suam. Instit. de Legat.* cum tamen veritas super omnia amanda sit. *l. cum ita legatum ff. de condit. & demonstrat.* Expresse sancit Ordinat. Darmstad. tit. von Abtrieb und Näherkauff. apud Theodor. Reink. *Qu.* 4. *Conclus.* 2. *limit.* 2. *n.* 91. ibi Dieweil offtmahls zum Schein / und damit man den Abtrieb mit Listen umbgehen möge / Wechsel und Tausch getroffen werden / welche der Näherkauffern zu sonderem Vortheil gereichen / so sollen dieselbige Permutationes, oder andere Contractus ehe nicht gelten / sie geschehen dann auffrichtig / 2c. Dicit ad hunc passum

Nicol.

Nicol. Boër. *in Decis. Burdeg. Decis.* 183. *num.* 15. *&* 16. simulatum Permu- 231
tationis contractum sufficienter probari per præcedentia pacta Emptionis Venditionis antè prætensam permutationem inter partes firmata, secundum Baldum in *l. item quia.* §. *item Juliano. ff. de pact.* qui statim subjun- 232
git distinctionem Bartoli, tanquam communiorem. Vel enim, ait, statim in continenti (hic ponit speciem facti, ubi in curia emens duxit vendendentem ad partem, ubi ambo in secreto collocuti, & postea confitentur ambo contraxisse permutationem) prætendunt permutasse, & tali modo simulatum esse, nec valere; Vel ex intervallo! prout ex mente Bartoli *ibid.* videtur. Item pro simulato habetur, quando post permutationem Contra- 233
hentium alter fundum permutatum, quem tradidit, recuperat. Boër. *d. Decis. eodem num.* 16. *usque ad finem.*

Insuper quoad Laudemia quæritur, *si duo Emphyteutæ sua bona per-* 234
mutent, sive id simpliciter permutando, sive transigendo, sive alio modo fiat; an laudemietur Dominus? Regulariter tenent, Laudemium deberi, quod satis probat *l. fin. & ibid. Gloss. in verbo permutando & in verb. æstimationis, & in verb. transponere Cod. de Jur. Emphyt.* Hartm. Pist. *Qu.* 50. *n.* 31. *& plures alii.* quô in casu duplex etiam pendendum. Georg. Frantzk. *cap.* 18. *n.* 12. quia est vera quædam alienationis species. Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit.* 1. §. 22. *num.* 79. Amad. *Quæst.* 28. Caspar. Klock. *de Ærar. L.* 2. *c.* 42. *n.* 83. *& alii plurimi.* Cui concordat specialis apud nostros Consuetudo, quâ perhibetur quoque in prædio uno alterius valorem adæquante, & non excedente, vigesimum florenum, quod facit de centum quinque, præstari. Cum verò mera permutatio semper non pro- 235
cedat, unumque prædium sæpè plus valeat altero, ex pretio pro supplemento addito decimum quintum bazium, hoc est de centum florenis sex & duas tertias flor. alter supplens pendebit, eo quod pretium excedens simpliciter habeatur instar precii in emptione. Carol. Molin. *d. l. n.* 79. Dico *simpliciter*, quia aliàs attenderentur præsuppositiones juris, quas *præced. num.* 218. *& seqq.* posuimus, & apud eundem Frantzkium, in *c* 18. *n.* 18. & multis seqq. invenies, ideoque in suis casibus aliquando pro permutatione, ubi quinque pro centum, aliquando pro venditione, ubi 6. & duæ tertiæ flor. debentur, æstimari.

Ampliatur, etiamsi traditio in permutatis bonis Emphyteuticis non- 236
dum subsecuta, quando unus est in mora tradendi: Imo nec pœnitere 237
licet in præjudicium Domini, re etiam necdum tradita, cujusmodi Re-

 spon-

sponsum refert Christoph. Richter. *Decis.* 83. *n.* 103. ex Hartm. Pistore, datum ad requisitionem Georgii von Kreutzen zu Ehrenbergk & Joann von Schaurot zum Heinichen/ cujus tenor talis est: obwohl Paul Herman den Kaut oder Tausch wieder ausfallen wollen; so ist er doch solchen zu halten schuldig / innassen die beede Brüder mit Aufflassung und wieder Empfahung der Lehen gegen einander würcklich zu vollziehen und die Gebühr verwürckter Lehen-Wahr euch zu erlegen / verpflichtet. v. r. w.

238 Placuit denique in pacto de Retrovendendo proximiorem retrahere posse, quale pactum verè venditioni cohæret. Theod. Reinck. *d. Tr. qu.* 5. *n.* 17. eoque retrahens stare tenetur, sicut primus Emptor, in cujus locum subintrat. Omnis etenim res transit cum suo onere. *l. si convenerit.* §. 2. *ff. de Pignorat. Act. l. & post.* §. *fin. ff. Fam. ercisc.* Theodor.

239 Reinck. *ibid. num.* 18. Modo hoc & huic similia pacta, ut Commissoria & in diem Addictionis &c. in ipso venditionis Contractu adjecta, ita ut pars rei & emptionis censeri possint. *l. pacta conventa. l. fundi partem, ff. de Contrah. Empt.* Nam ex intervallo apposita proximiorem non obligarent, nec ei nocerent. *l. si unus* 27. §. *pacta ff. de pact.* ubi dicitur: *antè omnia animadvertendum est, nè conventio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re aliave persona, noceat. l. juris gentium* 7. §. *sive an-*

240 *tem. ff. eod.* Cæteroquin non dubitandum est, Laudemium ab emente sub hoc pacto solvendum. Bened. Carpzov. *Jurisprud. Rom. Sax. P.* 2.

241 *Const.* 39. *def.* 13. *n.* 5. Cui concord. *Constit. Elect. Saxon. tit.* von Lehen-Wahr / ibi: wo ein Guth auff einen Erb oder wider Kauff verkaufft wird / so ist der Käuffer wegen der Recognition, und daß er von dem Herren in Schutz genommen / die Lehen-Wahr zu entrichten schuldig / &c.

242 Sed *quid si tibi vendo fundum, ut eundem mihi vel hæredibus meis revendas, quandocunque mihi vel hæredibus meis placuerit, an duplex Laudemium veniat, si vendens fundum reemat?* Respond. quamvis quidam sint, qui unum tantum Laudemium pendendum defendant, ut copiose videre licet apud. Amad. à Ponte, *Quæst.* 37. attamen quia nova est traditio & venditio, diversæ sunt quoque alienationes, exindè prior vendens reemendo ad Laudandum obligabitur, ut in vera & simplici alia emptione, Andr. Knich. *de Vestit. pact. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 151. Georg. Frantzk. *Cap.* 16. *n.* 58. & plures ibidem allegati. Casp. Klock. *de Ærar. Lib.* 2. *cap.*

243 41. *n.* 89. Remissâ verò per vendentem facultate de revendendo, pro ac-

cepto

cepto aliquo pretio, emens pro superaddito eo, novum quoque præstare tenetur Laudemium. Georg. Frantzk. *d. Tract. cap. 16. n. 53. & ibid.* Berlich. cujus Lipsiense Responsum apponere non inutile videbitur, quod tale est de Anno 1608. Habt ihr von Peter Andreasen ein Guth auffm Wiederkauff auff 650. fl. erkaufft/ und nachdeme derselbe es wieder einlösen wollen/ euch mit ihm verglichen/daß er euch solch Stück Guth gar erblich gelassen/ deßwegen ihr ihme noch 160. fl. herrauß gegeben/ so seith ihr dieser Ubermaß wegen/ eurem Lehen-Herrn das gebührlich Lehen-Geld zu entrichten schuldig v. r. w.

Generaliter pro corollari in præstatione Laudemiorum hic observandum: *quotiescunque absque certa pecunia vel pretio novus Emphyteuta acquirit*, ut e. g. in Permutatione, *quantum ex æquo & bono prædium æstimatum valet, Laudemium deberi.* So offt ein Lehen-Gut oder Stück/ ohne ein gewisses Geld verändert wird/ was es sonsten billigen Dingen nach werth ist/ müssen fünff Gulden und nicht mehr von hundert/ vor Lehen oder Empfahe-Geld bezahlet werden. ubi verò pretium certum intervenit von jedem hundert 6. Gulden 10. Batzen zu bezahlen seynd. 244 245

In Retractu autem illud venit observandum, ut bona sita sint in territorio, ubi Jus nostrum Retractum introductum, nec attendi debet, ubi Contrahentes habitent. In genere quando de rebus agitur, sequenda est Consuetudo loci, ubi res sitæ. *l. sine hærede. 32. §. lucius titius 6. ff. de administr. & peric. Tut. L. forma. 4. ff. de Censibus.* Theod. Reinck. *Quæst. 1. n. 34. & qu. 2. n. 125.* 246 247

CAPUT V.

De Jure Congrui in specie.

SUMMARIA.

1. *Apud nostros specialiter receptu jus Congrui.* das Gespielde oder Spaltungs-Recht.
2. *Jus Congrui corroboratur ex speciali Edicto, quod de bonis redintegrandis & reuniendis est.* 248

3. Ver-

3. *Verbum* unio *diversimodè sumitur.*
4. 5. 6. *Modi unionum recensentur.*
7. *Causa Edicti de bonis reuniendis affertur.*
8. *Vi Edicti tenentur etiam inviti possessores partes distractas vendere Domino prædii.*
9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Prædia oneribus obnoxia, saluberrimis ordinationibus quorundam Germaniæ Procerum, alienari & dividi prohibita.*
16. *Prohibentur bona non tantum alienari, verùm & oppignorari.*
17. 18. *Explanatur, quid Possessori prædii,* des Haupt-Guths *incumbat, si partem distractam ex Edicto de bonis reuniendis, recuperare velit.*
19. *Libri censuales probant bonorum distractorum appertinentiam.*
20. *Testibus potiores sunt libri censuales, præsertim si antiqui.*
21. *Probantur distracta per verbum* item.
22. *Dominus ad requisitionem Vasalli documenta, in quibus bona descripta, edere tenetur.*
23. Erb-Saal-und Lager-Bücher/ *quando plenè probent.*
24. *Saluberrimum est singulis* 10. *vel* 12. *annis tales libros renovari.*
25. *Vindicans prædium distractum ex Edicto nostro possessori pretiũ justum pro eo offerre debet.*
26. *Pretium duplex est, legitimum & naturale.*
27. *Pretium legitimum est indivisibile.*
28. *Naturale pretium verò divisibile.*
29. *Rerum pretia non ex cujusque affectione taxanda.*
30. *Res taxandæ sunt ex earum qualitate, conditione, fructuum perceptione, & quanti aliàs in foro publico valent.*
31. *Quando Actori cum possessore partium pacificè de pretio non convenit, ad peritorum taxam recurritur.*
32. *Peritis adjunguntur Scabini, vel alii integræ famæ convicani.*
33. *Quodque expressè volunt Instructions-* Puncten der Fuldische Beampten *de Anno* 1674. *id attendendum.*
34. *Taxatoribus attendendæ sunt rerum circumstantiæ, qualitates, conditiones præsentes, non præteritæ.*
35. *In prædiis præsens, non præterita cultura attenditur.*
36. *Item situs, qui distinguitur in bonum, mediocrem & malum.*
37. *Item observandum, quot mensuræ frumenti in agro, & quot currus fœni in prato numerentur.*
38. *Respiciuntur porrò in taxatione prædiorum onera.*

39. Pre-

39. *Pretio per Taxatores diversimodè æstimato, quod æquius est, Judex sequi debet.*
40. *Actore de taxa nimia gravato, Judex cognoscit.*
41. *Tenet etiam in possessore, si taxa sit nimis vilis.*
42. *Pretium vile & minus etiam id dicitur, quod non in pecunia numerata solvitur.*
43. *Quorundam opinio est, pretium, quod ab alio, possessore fuit oblatum, solvi deberi.*
44. *Verius alii sentiunt, sufficere, si justum offeratur.*
45. *Consors hæreditatis, si justum offerat pretium, quod aliis præferendus sit, ex æquitate concludit Jason.*
46. *Et Kirchoffius confirmat.*
47. *Potior jure est ad partem distractam, qui possidet corpus prædii, quàm adversarius possidens prædii partem, etiamsi hic aliquoties partem suam recognoverit.*
48. *Prædia partialia, Germ.* Erbstücker/ Beystücker/ *quæ?*
49. *Prædia certis censibus affecta in dubio pro separatis seu partialibus habentur.*
50. 51. *Prædia,* Beystücker/ *sivè* Erbstucker *dicta, alienare quandocunque licet, cum quibus tamen omnia onera annexa quoque transeunt.*
52. 53. 54. *Novale cum certo imposito censu concessum in dubio pro pertinenti* des Haupt-Guths *habendum videtur, per rationes adductas.*
55. *Contrarium tamen verius est, ut pro partiali habeatur, per rationes æquitati magis consentaneas.*
56. Lehenträgerey-Güther *pluribus conceduntur, & eligitur Curator.*
57. *Si Curator moriatur, cæteri præstant Laudemium.*
58. *Vendente compartiario uno suam partem, Consanguineus præfertur compartiorio alteri.*
59. 60. *Hæredes in communitate hæreditatis persistentes eligunt Curatorem, quô mortuô omnes bona hæreditaria recognoscere debent.*
61. *Ad quod etiam tenentur compartiarii, qui extraneum pro Procuratore constituerunt, si ii omnes ante eum præmorerentur, propter Mandatum extinctum.*
62. *Si plures sint, qui notabilem partem prædiorum possident, non is præfertur in agro v. g. distracto, qui praeoccupavit, sed qui potioris & majoris partis possessor est.*
63. *Edicti reuniendorum causa finalis est, ut prædia facilius excoli, & onera imposita à subditis facilius præstari possint.*
64. 65. *Si duo æquales prædii partes possi-*

possideant, agrum distractum aequaliter dividunt, sin dividi nequeat sors judicium dabit.

66. 67. *Qui possidet adia,* die Hoffraith/ *omnibus praefertur in reuniendis bonis distractis, ex rationibus allatis.*

68. *Praefertur quoque Convicanus, & qui intrà districtum pagi est, extraneo & non Convicano.*

69. *In venditione plurimorum bonorum,* im Bausch: *quibus continentur* Lehen- oder Zins-stücker/ *possessor corporis, relictis non Emphyteuticis, sola Emphyteutica retrahere potest.*

70. *Quod expressâ Constitutione Würtenbergica provisum reperitur.*

71. *Possessor corporis in bonis Emphyteuticis cum aliis non Emphyteuticis simul venditis, habet jus quaesitum.*

72. *Laudemium datur ex bonis ex Edicto vindicatis aut retractis.*

73. *Datur Laudemium ad valorem, prout hodie bona valent.*

74. 75. 76. *Edictum de bonis redintegrandis non obtinet in bonis non Emphyteuticis aut Censiticis, ut domo, horreo, stabulo &c. proper finis & effectus diversitatem.*

77. *Agens ex Edicto nostro in bonis urbanis non admittitur.*

78. *Si pars domus, stabuli vel cellae vinariae venditur, intrà annale tempus retrahere licet, eo elapso denegatur.*

IN praecedentibus de bonis, in quibus Retractus Gentilitius, Vicinitatis & Dominicalis in alienationibus obtinebat, actum est; restat, ut propter affinitatem materiae de bonis, prout Rustici nostri possident, olim unitis, nunc separatis & à corpore divisis, quid juris sit, videamus.
1 Specialiter receptum videmus Jus in foro frequentissimum, quod *Congrui* dicitur, Thuringis das Gespielde oder Spaltungs-Recht/ Georg. Adam Struv. *Synt. Civil. Exerc.* 23. *th.* 53. Christoph. Richter *Decis.* 138. *num.* 25. *Addit. practic. ad Obs.* Wehneri, *verb.* Gespielde. competitque Domino utili, adversus eum qui praedium separatum & distractum à corpore, von
2 dem Zins-Erblehen/ oder Frohnbahren Guth/ possidet, ac per famosissimum *Edictum Fuldense*, de bonis reuniendis seu redintegrandis, prout nostri dicunt, corroboratum satis constat; cujus tenor est, *ut bona separata cum corpore suo iterum reuniantur.*

3 *Unionis* vocabulum autem diversimodè sumitur. Sic dicitur unio
4 Ecclesiarum & unio Beneficiorum Ecclesiasticorum. De hac mentionem

facit

facit Menoch. *Lib.* 3. *Præsumpt.* 132. *num.* 76. & 89. de illa *Lib.* 2. *tit.* 19.
Instit. Jur. Canon. Alia iterum unio est bonorum temporalium, & hujus- 5
modi unio vel consistit in unione Universitatis, ut provinciarum sivè
terrarum; vel in unione singulorum corporum, ut agri, prati, &c. Unio
in bonum allodiale, Feudale, Emphyteuticum, cum quo fuit olim con-
junctum, & est in unum corpus facta reconjunctio, de quâ hic. Ulterius 6
alia est unio bonorum oppignoratorum oblatione lytri redemptorum: de
qua oblatione vid. Joan. Daniel. Reytter, *Diatriba de Oblatione*, *Jenæ*
1679. recusa. Usitatius reluitio Bonorum dicitur, qualis contigit in Præ-
fecturâ Fischbergensi per 252. annos oppignoratâ, ac sub Reverendissimi
atque Celsissimi Principis & Domini, Domini ADALBERTI felicissimo ho-
dienum regimine Anno 1707. redemptâ & Abbatiæ Fuldensi reincor-
poratâ.

Edicti tàm famosi modò memorati occasionem haud dubiè licen- 7
tiosior agendi ratio rusticorum dedit, qui longis abhinc temporibus fa-
cultatem distrahendi bona pro lubitu sibi arrogarunt, undè postmo-
dum multa inconvenientia orta, & possessores servitiis aliisque oneri-
bus magis gravati fuerunt. Nam plerumque factum, daß die beste Le-
henstück aus denen Gütern veralieniret worden / bonisque illis alienatis
novus annuus census impositus, und muß nichts desto weniger der Colon
auf dem Hauptguth hafftendt bleiben / integrumque censum de residuis
bonis non tantùm, verum & integra servitia præstare tenetur; indè que-
relæ non paucæ auditæ, incommoda innumera enata, imò ipsis Domi-
nis varia damna emersere. His ut mederentur cùm Domini fundiarii,
tùm possessores bonorum dismembratorum ipsi laborantes & reunioni
summoperè studentes, in partes alienationibus distractas, Emphyteutæ,
Colono &c. prælationem præ aliis emptoribus dederunt, imò si con- 8
tingebat, partem ad corpus sivè prædium pertinere, ex Edicto reunien-
dorum bonorum facultatem reemendi, etiam invito possessore partis di-
stractæ, concesserunt. Quâ de causâ multis Constitutionibus Provin- 9
cialibus optimè provisum, ne prædia censibus, servitiis, similibusquè
oneribus obnoxia, alienentur ac separentur. Sic in Ordinatione Po- 10
litic. Anhalt. *sub tit.* Bauergüther ꝛc. 20. *vers.* Es sollen unser Befehl-
haber ꝛc. Ord. Polit. Würtenberg. *Tit.* 16. daß niemand kein Lehen oder 11
theilbar Guth ohnerlaubt zertrennen soll; Ord. Polit. Saxo-Gothan. 12
part. 2. *c.* 2. *tit.* von der Frohn-Zinß-und anderer Güther Verkauff / Ver-

13 einßel-und Verwendung auf Ausgesessene. 14. §. und dieweil. &c. Ord. Pol. Mechlenburg. *tit.* von Gewerb-und Handthierung der Bauren. in his verbis: wir wollen auch/ daß keine Bauren-Güther auf dem Land von einander gerissen oder zertheilt werden sollen / damit die Dienste nicht geschwächet / und die Pächte ungewiß gemacht werden / sondern was sie bevor aus Unverstand von einander gerissen / wiedrum zusammen gelegt und gestossen werden soll. *Videatur* Ahasver. Fritsch. *de Jur. pagor. cap.* 7. *num.* 19. & *seqq.*

14 Quò vel maximè inter alia tendit saluberrima Reverendissimi ac Celsissimi Præsulis nostri adhuc hodiè durans commissio, quâ in diversis Præfecturis nova bonorum descriptio specialiter demandata, vulgò die Güther-Beschreibung / quaquè bona subditorum, eorumve singulæ pertinentiæ, unà cum tributis, censibus, aliisque annexis oneribus, in novum Catastrum rediguntur, atque disponitur, ad quævis incommoda evitanda, ne in posterum ex iis quidquam alienetur, nisi quod cum consensu Cameræ, aus Consens Hochfürstl. Renth-Cammer/ und dero Beampten oder anderen ihren Herrn/ prævià causæ cognitione, & ne-

15 cessitate quidam urgente, indulgetur; prout etiam in Ordin. Polit. Saxo-Magdeburg. de Anno 1652. *tit.* von Bauren-Güthern 27. sancitum ibi: alle Steuer / Zinß-und dienstbahre Frohn-Güther / so in ein Corpus zusammen geschlagen ohne Vorwissen unser Aempter oder ander Gerichtshaber gar nicht zerrissen und stückweis verkaufft / auch von unsern Amptleuten in die Trennung solcher Güther ohne grosse merckliche Ursachen / die dann stets in des Ampts-oder jedes Orths Gerichts-Handelbuchs ausdrücklich mit zu verzeichnen / bewilliget und nachgegeben / sondern vielmehr was zuvorderist aus Unverstand in unseren Aempteren durch Kauff oder Verpfändung voneinander gerissen / wiederum zusammen gebracht werden sollen: Idem continet Ord. Anhalt. *tit.* 20. *ibi:* ob wir wohl nachlassen können / daß aus dringender Noth/ und nach Gelegenheit der Fällen &c. Ahasver. Fritsch. *d. Tract. cap.* 7. *num.* 38.

16 Extenditur prohibitio ad oppignorationem, quæ venditioni alienationivè omninò similis est. *l. Sicut.* 8. *§. an pacisci* 5. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solv. l. cum prior.* 3. *in fin. ff. de distract. pign.* Hinc omnia prædicta in oppignoratione servari debent, quæ in venditione, idque propter servitia ac alia onera Domino directo debita, cui tacita obligatio nata.

Post.

Possessor subditus, des Hauptguths Besitzer/ repetens partem avulsam, coram suo competente, ubi bona sita sunt, proponit, se ex Edicto de bonis redintegrandis prædium olim unitum vindicare velle. Andr. Gail. 2. *Obs.* 31. *num.* 18. atque possessorem modernum ad restitutionem compelli petit. Ast probet actor, se verum possessorem corporis esse, quod ex libris censualibus Lehen-oder Zins-Büchern/ sique bona eines Lehens oder Zinses ac ideo eundem Dominum recognoscant, facile apparere docet Christoph. Richter. *Decis.* 76. *num.* 59. *Respons. jurid.* ibi: do nun ewren Bericht nach M. S. in obbemeldten Erbstücken allenthalben das Gespilde/ also daß seine und diese Güther eines Lehens und Zinses/ und zuvor zusammen gehörig gewesen: so ist gedachter M. S. des näher Kauffs sich anzumassen berechtiget v. r. w. & Bened. Carpz. *Const.* 31. *def.* 3. *in resp. jur.* ibi: auch beyde Viertheil einerley Lehen und Zinse haben: quod tales libri testibus potiores sint, dicit Hieron. Schurff. *Cent.* 1. *Cons.* 49. *num.* 40. *cum seqq.* Si antiqui, plene probant. Andr. Gail. 2. *Obs.* 149. *num.* 8. Georg. Frantzk. *de Laudem. cap.* 4. *num.* 23. 17 18 19 20

Porrò satis probat, si bona in dem Erb-Lager oder Saal-Buch 21
sub verbo *item:* contineantur, ubi dictio *item* pro respectivâ qualitatum sumitur. Jacob. Menoch. *de Præsumt. L.* 4. *præs.* 180. *num.* 6. qua de re 22
quoque, ad requisitionem Vasalli, Dominus Documenta, quibus prædia continentur, exhibere tenetur. Diether. *in Addit. ad Thesaur. pract. Besoldi*, verbo Lager-Bücher. Der Lehn-Herr/ inquit, ist schuldig/ seinem Lehenmann und Lehens-Agnaten die zu dem Lehn-Guth gehörige/und des Lehen und dessen Stücke/ Zugehörungen und Gräntzen betreffende Documenta Kauff-Brieff/Lehen-und Lager-Bücher/ Register und Beweißthumb zu übergeben.

Merentur similes libri omnem fidem, si eorum approbatio ritè 23
à subditis subsecuta, ubi pro publica & authentica scripturâ habentur, si in archivo publico asservati, si antiqui, si plures adhuc uniformes adsunt. Franc. Balthas. *de Oper. Subdit. cap.* 7. §. *hac autem decisio* &c. Interim propter multiplicem possessorum mutationem singulis decem vel 24
duodecim annis elapsis, saluberrimum, ut similes libri renoventur, suadet Matth. Wesner. *Pract. Obs.* verb. Bücher. Vid. tamen Besold. & *ibi* Diether. *Thesaur. pract.* verb. Lager-Bücher.

Præterea Actor ex Edicto de Bonis redintegrandis, pretium justum, 25
offerre debet. Iustum, ex Aristotele, *Ethic.* 5. *cap.* 9. animadvertit Au-

26 gull. Morla, *in Emporio, Part.* 1. *tit.* 9. *quæst.*6. *num.* 4. esse duplex, u-
27 num Legitimum, alterum naturale. Illud à Principe vel Republica impositum, prout habetur *in l. omnia* 1. §. *cura carnis.* 11. *ff. de Officio Præfect. urb. L. annonam* 6. *ff. de Extraord. crimin. l. Si fideiussor.* 49. §. quodsi. Ioann. Köpp. *Decis.* 44. *num.* 11. & est indivisibile, id est, venditores v. g. Tritici vel carnium, vel aliarum rerum taxatarum, ultra statutam
28 taxam plus accipere non possunt; hoc, naturale scilicet, à lege non est statutum, sed, ut verbis utar August. Morlæ, *d. l. Secundum rerum naturam, & earum usum necessarium, & communem prudentiam, pensatis*
29 *omnibus circumstantiis, & in communi foro currit.* Non enim pretia rerum ex affectione singulorum constituuntur *l. pretia rerum*, 63. *ff. ad*
30 *Leg. Falcid. & l. si servum* 33. *ff. Leg. Aquil.* sed communi Provinciæ æstimatione, habitô respectu ad rei qualitatem & conditionem, ac fructuum perceptionem, & quanti res in foro publico communiter venditur, *ut in l. si quos* 16. *Cod. de rescind. vendit.* Bened. Carpzov. *part.* 2. *Const.* 94. *def.* 2. *num.* 6. *& Const.* 33. *decis.* 5. *num.* 1. Add. Respons. jurid. recent. JCtorum *Tom.* 1. *Cons.* 17. quod est Laurentii Kirchoff. *num.* 27. *&* 33. Hoc pretium tamen divisibile est, eo quod patiatur aliquid plus vel minus, ut si res quæ venditur justè pro decem, posset etiam emi pro novem in pecunia parata & vendi pro credito creditori, inimico, vel diviti cariùs, nimirum pro undecim. Morl. *d. l. num.* 5.

31 Tunc verò ad prædii taxationem proceditur, quando possessores cum Actore pacificè convenire nequeunt. Nam quia nihil ex statuto vel consuetudine certi de eo habemus, sicut in Marchia Brandenburgica, apud Joann. Köpp. *Decis.* 44. & Diether. *Contin. Thesaur. Pract. Besold. voce* Anschlag/ & in aliis Germaniæ provinciis haberi ait Matth. Wehner. *verb.* Anschlag der Güther. necessariò hîc loci ad æstimationem perito-
32 rum recurrendum est, ubi communiter Judex sibi adsciscit Scabinos quosdam, vel alios probos, in arte peritos, & Vicinos *l. vicinos. Cod. de Nupt.* Joann. Köpp. *d. l. num.* 25. Hi prævia juramenti avisatione, si jurati, secus, de fideli taxatione, prout hodiè prædia verè valere credunt, adhuc jurabunt. Joann. Köpp. & Diether. *dictis locis.* Joann. Sichard. *in Cod. tit.*
33 *de Rescind. vendit. ad l.* 2. *num.* 19. *in fine.* & volunt Instructions-Puncten/ wornach sich die Fürstl. Fuldische Beampten in Beschreibung der Unterthanen Güther/ und Vermögen zu reguliren haben/ *de dato* 3. *Septembr. Anno* 1674. *vers.* wan dann. ibi: wann dann ein solch Guth mit seinen Pertinenten/juribus & oneribus beschrieben/ so solle der Possessor und Inhaber dasselbe selbsten jetzigem billigen Werth nach taxiren und

schätzen. Falls nun der Beampte/ neben denjenigen Männern/ welche ihme aus jedem Dorff von der Gemeinde beygesetzt und zugeordnet seynd/ darfür achten / daß die Schatzung recht und billig seye / so ist es dabey zu lassen/ würden sie aber Bedencken darbey haben / und die Schatzung zu gering halten / so solle der Possessor einen Abtritt nehmen / und alsdann der Beampte neben denen Zugeordneten den Tax also setzen und einrichten / wie sie es in ihrem Gewissen gegen GOtt und der Obrigkeit zu verantworten gedencken. Respiciendæ omnes circumstantiæ, qualitates & conditio- 34
nes rerum, de quibus æstimationes reddendæ. Non ex præterita emptione ultimi possessoris, sed ex præsenti æstimatione & valore pretium constituendum rescripsêre Divi Fratres *in l. non intelligitur* 3. §. divi *ff. de jur. fisci.* Ant. Peregrin. *de Jur. Fisci. L. 6. tit.* 4. *num.* 9. & Matth. Wesenb. *Conf.* 38. *num.* 31. post Alexand. & Angel. *non sequi* ait: *rem tali pretio fuisse eruptam, ergò tanti valere.* Igitur attendi debet in fundo præsens cul- 35
tura, quæ vel mala, vel bona esse potest, proindè pretiosius æstimatur vel minus, ut dicti Divi Fratres *in dicta Lege* 3. §. 5. inquiunt: *sicut enim diligenti culturâ pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita, minui ea necesse est.* Bened. Carpz. *Part.* 2. *Const.* 34. *def.* 6. *num.* 4. Joan. Wesenbec. *Part.* 2. *Conf.* 99. *num.* 16.

Situs quoque fertilitatem promovet vel minuit, prout periculo ex- 36
positus vel minus. *Gloss. in l. ad rescindendam. in voc. distractum. Cod. de Rescind. vendit.* Quo fit ut prædia in tres classes distinguantur, gut/ mittel/ 37
und böß. Quot mensuræ vel modii frumenti agro inserantur, communiter attenditur, Prata ex fœni qualitate & quantitate, juxta prædictam classem & curruum numerum dijudicantur.

His itaque perspectis, onerum quoque ratio, vel maximè in præ- 38
diis rusticorum attendenda, Joan. Köpp. *d. loc. num.* 27. wie viel von dem Guth an Geld/ Früchten / Feder-Viehe oder sonst Zinß gegeben wird. Videndum etiam, quales operæ indè præstentur. His enim haud dubiè prædia minoris fiunt. *l. si quos* 15. *Cod. de rescind. vendit.* Theod. Reinck. *de Retract. Quæst.* 8. *num.* 138. Diligenti in omnibus suis circumstantiis factâ consideratione, si nihilominus Taxatores diversimodè æstimatio- 39
nem faciant, cujus exemplum ponit Andr. Gail. *Tract. de Pignorat. Obs.* 18. *num.* 10. nimirum, quando unus de decem, alter de viginti, tertius de quindecim deponeret, mediâ viâ, & quod æquius Judici videbitur, standum est. Quod si Actor se de taxa gravatum sentiret, & , ut dicit 40
Diezher, *Thes. Pract. contin. verb.* Anschlag: eine Taxam könne ein jeder ma-

machen / aber Leut zuwege zu bringen / die auff den gemachten Tax kauffen / seye nicht eines jeden Thun. Judex justum rei arbitrabitur pretium. Joan. Wesenbec. *Cons.* 38. *n.* 31. Andr. Gail. *d. Tract. de Pign. Obs.* 18. *num.* 7. & post eos Jo. Köpp. *dict. Decis. num.* 33. Joan. Sichard. *in Cod. tit. de re-*
41 *scind. vendit. ad l.* 2. *num.* 19. Econtrà si nimis modicè Possessori prædium sit æstimatum, utique ad arbitrium Judicis recurritur. Jacob. Menoch. *Arbitr. judic. cas.* 217. *num.* 5. Verô & justô pretiô semel constitutô possessor vel vendens coactus dein emptori amplius quid remittere non cogitur, ne duplici onere afficiatur. *l. navis.* §. *cum autem.* & §. *cum ergo. ff. ad*
42 *L. Rhod. de jact.* Pretium quoque vile & minus habetur, quod non in pecunia parata, sed distinctis terminis solvitur, Bened. Carpz. *Part.* 2. *Const.* 33. *def.* 1. *n.* 3. secùs si in continenti solvatur. *l. lecta* 40. *versic. dicebam ff. si cert. petatur.* tunc enim inesse perhibetur *d. l.* 40. *ff. eod.*
43 Sed adhæc prædicta omnia quæritur, *num ex Edicto agens teneatur id dare pretium, quod possessori fuit oblatum ab extraneo?* Etiamsi id quidam velint, inter quos Joann. Andreæ, in *Addition. ad Speculator. in tit. de Empt. & Vendit.* §. *nunc videndum restat. vers. sed pone statutum.* ubi tenet, tantum deberi, quantum ab alio reperitur oblatum, & rem tanti valere, quanti vendi posset, per *l. Si servum* 33. *ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. §. *si hæres* 16. *ff. ad SCtum Trebell. l.* 3. *in fin. ff. de in diem addict.*
44 *dict.* & *aliis ibid.* per Andr. *allegatis textibus.* Nihilominus rectiùs statur opinioni Angeli, in *l. qui Romæ.* 122. *ad* §. *cohæredes.* 3. *ff. de Verb. Obligat.* apud Laurent. Kirchoff. *Responsor. Jur. recentior. JCtor. Tom.* 1. *Consil.* 17. *num.* 36. ubi dicit: *Sufficere, si offeratur justum pretium*; ad quod citat Glossam magnam in *l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* quæ dicit: *non deberi attendi illud pretium, quod unus aut duo offerunt, sed id quod res*
45 *communiter valet, hoc est, justum pretium.* Jason *in dict.* §. *cohæredes. num.* 30. ait *esse æquum, ut consors in hæreditate offerens justum pretium præferatur aliis, etiam plus offerentibus, quod* in nostro casu accidit, dum majus habet jus possessor corporis ad partem distractam, quàm extra-
46 neus possessor; quem in finem âudiamus Kirchoffium, *cit. Cons. num.* 41. *Quando conventio vel statutum simpliciter adstringunt Consortem ad vendendum consorti, intelligitur id fieri justo pretio; & ideò licet essent unus aut duo plus offerentes, illud non attenderetur, sed solùm inspiceretur justum pretium, quô oblatô debebit potius vendi consorti:* multò magis id
47 locum habet in nostro casu; unde colligitur, majus jus ad partem ab alio possessam illum habere, qui possidet corpus, etiamsi ille aliquoties jam re-

recognovisset prædium abstractum, nihilominus vi nostri Edicti ad restitutionem tenetur, qualia præjudicia non pauca habemus.

Dantur præterea prædia, *partialia* vocata, quibus specialis census, so einen besonderen Erbzins haben/ certaque onera imposita, consistuntque communiter in agro, prato, horto, nemore & similibus, Germ. Erb- oder Beystücker; ad nullum pertinent corpus integrale, possunt alienari cuicunque & quandocunque libuerit, nec Edicto famoso vindicantur, quare Germano nomine Beystücker nominantur, eo quod quibuscunque bonis adjungi, iterumvè sejungi possint, nisi contrarium probetur. 48

Quidsi bonum, ut pratum, certô speciali censu affectum, so mit einem sonderlichen Erbzins belegt/ qualiter præsumendum? Resp. dum hîc in dubio versamur, & in dubiis atque incertis semper in meliorem partem resolvendum, *per l. proximè ff. de his, quæ in testamento delentur,* pro separato Erb- und Beystück/ id haberi censemus. Melior enim & commodior subditi conditio reputatur, quando liberiùs circa bona dispone- 49 re, ut vendendo, donando, testamento relinquendo &c. permittitur, 50 prout in prædiis partialibus quotidie ita fieri videmus, cum quibus annexa onera realia & servitutes transeunt, *per l. alienatio, 67. ff. de Contrah. emp. l. cum 12. ff. Commun. præd. c. ex litteris X. de Pignorib. cap. cum. 33. X. de Decim.* 51

Quidsi cuidam a Domino directo novale concessum, mit einem à parten imponirten Erbzins / *nihilque ulterius expressum, an imposterum pro pertinenti* des Lehen-Guths *vel pro partiali*, Erb-oder Beystück/ *æstimandum?* Videtur quidem novale pro appertinenti des Lehen-Hoffs haberi, ex præsumta quidem Domini mente, quâ corpus sivè prædium subditis ampliare & augere censetur. Nam de augmento idem judicamus, quod de principali *l. cum fundus. ff. de Legat. 2.* cui accedit ratio in *præced. Quæst.* adducta, quod in actu dubio quælibet res in meliorem partem sit sumenda, *per l. cum creditor. ff. de Furt.* ut hic. Ubi nihil expressum patet, nobiliora propemodum sunt prædia ampla quàm minuta aut exigua. His tamen non obstantibus contrarium veriùs est, cum in dubio adhùc meliores & nobiliores præsumptiones eligendæ *cap. estote. de Reg. jur. l. merito. 51. ff. pro Socio. l. quintus. ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Adhùc sanè melior ea ratione fit conditio subditi, quando novale ubicunque in necessitate oppignorari, imo vendi per mutari aliovè modo alienari potest, magisque ita æquitas suadet, cui in omni casu subveniendum *l. Divus. 7. ff. de in integr. restitut.* 52 53 54 55

56 Est adhuc alia bonorum species, quæ non Universitas bonorum quædam inseparabilis, sed inter diversos possessores distributa, **lauter zerstümpelte und zertrennte Güther**/ ex quibus unus eligitur Curator, **Le-hentrager**/ qui & Procurator item Portitor vocatur. Conrad. Rittershus.
57 *in Part. Feudal.* 124. in cujus mortem cæteri omnes pro rata à Domino
58 suas portiones recognoscunt, vocatur **eine Lehen-Trägerey.** Unô possessore suam quotam vendente extraneo, admittitur Consanguineus pro-
59 ximus ad Retractum; hoc deficiente, compartiarii. Procuratorem quoque sibi eligunt hæredes in bonis, quæ separari nolunt, & quidem communiter natu maximum, quem Dominus confirmat. Christoph. Besold.
60 *Thes. Pract. verb.* **Lehenträger.** Eo mortuo, omnes Laudemium persolvunt. Georg. à Widmont, *Colleg. in Pandect. ad tit. si ager vectig. n.* 117. Matth. Berlich. *Part.* 1. *Decis.* 22. *num.* 2. Georg. Frantzk. *de Laudem.*
61 *cap.* 8. *num.* 128. *& seqq. Quid si verò omnes Principales, qui extraneum pro Procuratore constituerunt, præmorerentur?* Quia eorum omnium morte mandatum in Procuratore extingueretur, principalium hæredes ad Laudemium teneri docent Georg. à Widmont, & Besoldus *dd. ll.* Unô principalium alteri portionem suam vendente, Emens Laudemium præstat, **und ist vom hundert 6. fl. 10. Batzen.**

62 Quæsitum fuit, *si plures partes distractas ex Edicto retrahere velint, an omnes admittendi, vel is, qui præoccupavit?* In hac quæstione illud videndum, quisnam partem corporis possideat majorem, quô casu hic admittendus, & præferendus, ut colligitur *ex l. majorem* 8. *ff. de Pact. l.* 1. *in fin. ff. de Privileg. credit. l. quæritur. ff. de stat. hom.* Bened. Carpzov.
63 *Part.* 3. *Const.* 15. *def.* 34. *num.* 7. Ratio in eo consistit, quod Constitutio reuniendorum, jugera dismembrata ex causa finali principaliter velit redintegrari, ita ut prædium unitum tanto facilius ac commodius excoli, nec non alia onera præstari possint. Concordat Ordin. Provinc. Würtenb. *Part.* 2. *tit.* 16. §. **und wann**/ in verbis: **Wann etzliche an solchen zertrennten Hoff-Lehen-Hub oder Zinß-Güthern Theil hätten und in ein Flecken oder Marckung/ da der verkauffte Theil gelegen/ Bürgerlich wohneten/ soll derjenige/ so den grössesten Theil daran besitzet/ die Verlosung zu dem darzu gehörigen und verkaufften Theil oder Stück haben.**
64 Henric. Bocer. *Part.* 1. *Class.* 3. *disp.* 22. *num.* 26. *Quid si duo æquales partes possideant*, **so des Lehenhoffs zwey gleiche Theil besitzen**/ *nec ostendi possit, ad quam partem prædium dismembratum pertineat?* Resp. quia æquale jus habent, igitur æqualiter dividunt, Carpz. *d. Constit.* 15. *def.* 33.

num.

num. 4. Et sors inter eos admittitur, si prædium commodè dividi nequeat. Carpzov. ibid. *Defin.* 41. 65

Quæritur porro, *si duo æqualium partium possessores concurrant, quorum tamen alter ædia insimul possidet*, da der eine die Hoffraidt dabey besitzet? Resp. Hunc denuò præferri, siquidem ædes habentur pro prædio principali, quod trahit ad se membra & pertinentias. Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 48. *num.* 74. Jac. Menoch. *Cons.* 1279. *num.* 67. *&* 68. Capta possessione rei principalis, capta quoque dicitur possessio aliarum rerum illi connexarum. Joann. Heeser, *de Acquæst. Conjug. Part.* 2. *loc.* 4. *num.* 2. *loc.* 4. *num.* 27. ubi *seqq. num.* 28. dicit, cum Peregrino & Postio, quod capta videatur tota provincia, si in Metropolitana possessio capta. Quando verò ex unius rei possessione cæterarum quoque ad eam pertinentium possessio capta dicatur, videri possunt citati apud dict. Joann. Heeser, *num.* 35. Ratio quoque adstruitur, ut tanto facilius possessor ab oneribus, quæ ratione ædium ultrò fert, relevetur, de quo sæpiùs conquæstum: da die beste Stücke von den Güthern hinweg kommen/ und muß der Besitzer von der Hoffraith nichts destoweniger die Frohnen und andere Onera, gleichwie von einem gantzen oder halben Hoff verrichten/ da er doch kaum eines Viertheil Landes habe. Idem observandum in casu, quô quis intra districtum Pagi, in des Dorffs Fluhr/ Marckung und Bezirck/ partem possidet; imò etiamsi minorem habeat altero, qui extrà limites seu districtum habitat, tamen præferendus est, prout quoque sancivit Ordin. Provinc. Würtenberg *P.* 2. *tit.* 16. §. und wann. Von Marck-Zinß-Theil und Erblosung. vid. Ayhin. *de Retractuum jure, Conclus.* 31. Ahasv. Fritsch. *Tractat. de district. universitat. agror.*

66 (margin, beside line 1 of this paragraph); 67 (beside "Heeser, num. 35"); 68 (beside "Idem observandum")

Inter plurima, quæ Titius vendidit, bona, continentur quædam ex Edicto nostro retrahibilia, so in ein Guth gehörig / tum quæritur: an omnia vendita simul retrahenda, an verò partes distractæ, die eingehörige Lehen- oder Zinß-stücker? In præcedenti Capite IV. dictum fuit, bona plurima simul vendita, so im Bausch verkaufft/ Retrahentem quoque simul retrahere, propter unum Contractum, unam emptionem venditionem. Ergo unus erit omnium Retractus. Specialiter tamen nostro in casu observatur, appertinentia tantum redhiberi, ne defraudetur Tertius, cui jus reuniendorum competit, licet non directo, saltem per indirectum, venditione scilicet plurium bonorum, ne uni alterius factum obsit. *l. de pupillo, §. si plurium, ff. de Oper. nov. nunciat.* nec alteri noceat, quod in- 69

ter alios actum, *l. quia non deberet. ff. de Jurejur.* Aliàs enim alteri per alterum iniqua conditio inferretur, quod non concedendum. *l. Electio. in*
70 *fine. ff. de Noxal. Action.* Adstipulatur dicta Ordin. Provinc. Würtenberg. *dicto tit. 16. §.* wir verordnen. ibi: wann viel Güther zu einem gesambten Kauff hingegeben werden/ darunter allein etliche mit anderen Güthern zinßbahr/ oder etliche begriffen darzu jemand eine beweißliche Losung hätte/ verordnen wir/ daß denjenigen so zu dergleichen Güther/ insonderheit die Lösung haben/ nicht zu verwehren allein solcher Güther und Stück/ darzu sie die Losung haben/ von solchem gesambten Kauff herrauß zu ziehen/ und sich in selbigen Stücken/ ihrer Losungs Gerechtigkeit/ zu ge-
71 brauchen ꝛc. Ratio est jus quæsitum in possessore prædiorum, quia varia onera ex iis jam perstitit, cujus itaque favor ampliandus. *l. cum quidam 19. ff. de Lib. & posth.* Inducta verò in favorem in odium non retorquenda. *Nulla,* inquit JCtus Modestinus, *in l. 25. ff. de LL. juris ratio aut benignitas patitur, ut, quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.*

72 Quæritur hic loci, *utrum etiam dandum Laudemium; si ex Edicto nostro de bonis redintegrandis bona retrahuntur?* Resp. Quotiescunque accidit, bona noviter acquiri, ac sic mutationem possessorum obvenire,
73 toties Laudemium præstandum, cum & hic nova fiat emptio, quâ distracta prædia, ex bono & æquo, prout hodienum valent, wie Kauff und Lauff ist. Ubi possessores cum vindicante convenire nequeunt, bona æstimantur, & sinè dubio Laudemium ex novâ venditione hâc Edictali, in consolidando prædio præstandum, ut quotidiè usu venire videmus, nisi à Domino Directo ex speciali indultu, vel proprio motu, aut ad instantiam Coloni quidquam remittatur.

74 Ex hisce luculenter apparet, Objectum hujus nostri Edicti, des Spaltungs-Rechts/ esse prædium rusticum. Num etiam ad Urbanum so kein Zinß- oder Erb-Lehen ist/ als Bürgerliche Wohnhäuser ꝛc. extendi queat, quæritur: si v. g. domûs, horrei vel stabuli, aut cellæ vina-
75 nariæ pars vendatur? Resp. cum ratio & finis in hoc casu non sit idem, ideò nec idem jus statuendum. *per l. inter stipulantem §. sacram ff. de Stipulat. l. jure gentium fin. ff. de Rit. nupt. l. interpositas. in fin. Cod. de Transact.* Ratio & finis in redintegratione bonorum colonariorum & emphyteuticorum horumque similium consistit ut plurimum in commodiori præsta-

tione

tione censuum & servitiorum, quæ ad urbana allodialia minimè extendantur, quâ de causa omnis actus à fine judicandus *l. rem non novam* 14. *Cod. de Judic.* patetque ex vulgatâ, causâ cessante effectum etiam cessare, 76
l. adigere. §. *quamvis ff. de Jur. Patron. cap. cum cessante. X. de Appellat.* Igitur in hâc nostrâ quæstione favor summus ex Edicto redintegrandorum prædiorum, Emphyteutis, Colonis & aliis datus, non extenditur ultra suum institutum finalemque causam, quæ diligenter inspicienda. *l. verum ff. de Furt. l. fin. ff. de Hæred. instit.* Privilegii causâ cessante, cessat ipsum privilegium *l. Titia Sejo* 87. *§. usuras. ff. de Legat.* 2.

Ideò sæpiùs usus Constitutionis seu Edicti in urbanis reconsolida- 77
tionem vindicantibus denegatus, & quidem ex rationibus; qualis etiam habetur in c. *Neophytus & ibi Gloss. in verb. causa distinct.* 61. *c. quod pro medio & Gloss. in verb. cessante* 1. *quæst.* 7. Andr. Tiraquell *de Reg. jur. lit. C. reg.* 55. Secùs est, si vendatur v. g. domûs, horrei, stabuli, tabernæ, 78
vel cellæ vinariæ pars, ac intrà annum retrahatur ex Consanguinitate vel alio consuetudinario Retractu licito, quò casu non ex Edicto, neque Jure Congrui retrahitur, quod multum discrepat, ac alio ex capite, fine, seu ratione competit, de quibus in multis locis hujus Capitis jam diximus.

CAPUT VI.

De Pretio Redhibendo.

SUMMARIA.

1. *IN Contractu Emptionis venditionis substantiale est pretium.*
2. *Pretium in Emt. vendit. debet esse certum, æquum & legitimum.*
3. *Pretium à Retrahente primò Ementi offerri debet integrum, & quidem antè lapsum temporis, anni & diei.*
4. *Pretium debet offerri totum, vel tale, quale inter Contrahentes constitutum, ut fit, quod certis terminis Zielweis/solvendum.*
5. *Retrahens tenetur ad omnia pacta licita*

licita & honesta ab Emptore cum venditore inita.

6. *Nisi ex post sint adjecta.*

7. 8. *Pretium justum est ratione loci & temporis.*

9. *Re pluris valente, quam pretium conventum & datum, residuum quod à Vendente Ementi donatum, à Retrahente supplendum.*

10. *Nisi res tanti valeat, quanti reverâ datum.*

11. *Pretium restituitur, quod reverâ datum est.*

12. *Re Emphyteutica vel simili minoris venditâ, quàm revera valet, Dominus nihilominus pro vero valore laudari debet.*

13. *Fraus & dolus nemini patrocinari debent.*

14. *Si Emptor dicat, rem majori pretio emptam esse, ex post vero eveniat, minus solutum, tùm Proximus ex hoc tempore retrahere potest.*

15. *Idem locum habet in Domino Feudi, qui magnitudine pretii à Retractu destitit.*

16. *Astruitur aliùs casus circa solutionem fraudulentus.*

17. *Si verum pretium à Contrahentibus haberi nequeat, cogi possunt, ut vel instrumenta edant, vel testibus probent, vel jurejurando verum edicant.*

18. *Contrahentibus licitum est se invicem circumvenire.*

19. *Venditori, qui rei suæ valorem scivit, & tamen minus vendidit, beneficium l. 2. Cod. de Rescind. vendit. non competit.*

20. *Beneficium legis 2. Cod. de Rescind. vendit. competit Venditori & Emptori.*

21. *Locatori & Conductori itidem competit, ut & in aliis Contractibus hic recensitis.*

22. *Læsio ultra dimidium in Venditione est, si Venditor loco decem acceperit quatuor.*

23. 24. *In Emptore referuntur duæ DD. sententiæ, quando & quomodo læsio computetur.*

25. *In Rerum æstimatione attendenda sunt loca & tempora.*

26. *Pretium affectionis consistit vel in opportunitate, vicinitate vel quia Majorum erat.*

27. *Pretium Commune est, quô communiter in foro res vendi potest.*

28. *In læsione ultrà dimidium onera rebus imposita considerari debent.*

29. *Læsio ultrà dimidium quomodo probanda.*

30. *Retrahens læsus gaudet beneficio l. 2. Cod. de Rescind. vendit.*

31. *Etiam ejus hæredes hoc beneficio gaudent.*

32. *Pretium totum & integrum Ementi a Retrahente offerri, iisdemque conditionibus solvi debet.*

33. *Idque in currente pecunia, &*

prom

prout convenerunt Contrahentes.

34. *Emens locò pecuniæ à Retrahente non tenetur acceptare pignora vel fidejussores.*

35. *Retrahenti quid faciendum, si Emptor oblatum pretium recuset, exponitur.*

36. *Quod in Novem conditionibus consistit, quæ recensentur.*

37. *Pecunia cursualis est, quæ valet in territorio, ubi contractum est.*

38. *In Abbatia Fuldensi & finitimis quibusdam locis usitatior monetæ computatio fit in Bohemicis, vulgò* Böhmisch *vel* Knacken *dictis.*

39. *Quantum libra obulorum apud nostros valeat, adseritur.*

40. *Monetâ mutatâ, qualiter sit à Retrahente reddenda, videatur remissivè.*

41. 42. *Si Emptor vel Venditor Retrahenti ex alio Contractu sit obligatus, Retrahens illud detrahere potest, quod tamen limitatur.*

43. *Sufficit Retrahenti pretium verum & integrum ignoranti partem ejus cum protestatione offerre.*

44. *Emptor tenetur docere verum rei pretium, quod dicit solutum.*

45. *Cum pretio quoque veniunt sumptus vini.*

46. Weinkauff/ *non solum in vino, sed & alio potûs genere fieri potest.*

47. 48. *Sumptus nimii non sunt refundendi; ubi Cautela ponitur, ne Retrahentes majoribus sumptibus onerentur.*

49. *Emens, quod proxenetis dedit, Retrahens restituere debet.*

50. *Tenetur quoque reddere, quod Uxori vendentis datur, & omne quod in Contractu Empt. vendit. datum.*

51. *Remotior Consanguineus Emptori id, quod Proximiori dedit, ut à jure suo abstineat, ex mente Nic. Boerii reddere debet.*

52. *Contrarium rectius tenet & defendit Andr. Tiraquellus.*

53. *Sumptus in Instrumenta super Contractu facta proximior Retrahens restituere tenetur.*

54. *Accedunt hiscè sumptus pro Ministris debiti, vulgò* Diener-Gebühr.

55. *Quod ex Retractu dupliciter sumitur, etiamsi sexies retrahatur, quod idem habetur in præstatione Laudemii.*

56. *Quia Emptor in Retractu debet servari indemnis, omnes impensæ ei sunt restituendæ.*

57. *Impensæ sunt triplices, necessariæ, utiles, & voluptuariæ.*

58. *Utiles quænam sint, explicatur.*

59. *Item voluptuariæ.*

60. Sunt

60. *Sunt quoque impensæ voluptuariæ & utiles simul.*

61. *Impensas necessarias restituit Retrahens,*

62. *Quas bonæ fidei possessor repetit,*

63. *Imo & malæ fidei possessor.*

64. *Necessariarum impensarum quædam enumerantur.*

65. *Inter necessarias quoque numerantur, quæ ex Consuetudine regionis tales sunt.*

66. *Necessariæ etiam sunt, quæ in ædificatione de novo adhibentur, ubi plures adhuc enumerantur.*

67. *Impensæ necessariæ utplurimum moderationi non subjacent.*

68. *Ad Necessarias adnumerantur, quæ ad perpetuam rei utilitatem factæ.*

69. *Valdè parvæ & modicæ impensæ non restituuntur, juxta mentem Reinkingii.*

70. *Meliorationes in rebus emptis sunt restituendæ,*

71. *Quædam meliorationum species adducuntur, quæ Emptori in bonâ fide consistenti, restituende.*

72. *Malæ fidei possessor meliorationes non potest deducere, neque restituuntur.*

73. *Magni & onerosi sumptus ab Emptore tempore Retractus in fraudem Retrahentis facti non sunt restituendi.*

74. *De sumptibus utilibus, qui Retrahentem gravant, Judex cognoscit.*

75. *Voluptuarios non reddit Retrahens.*

76. *Horum species quædam recensentur.*

77. *Qui voluptatis gratia facti, ac tolli iterum possunt, possessor recipit.*

78. *Impensæ sunt probandæ, sed quomodo, videatur remissivè.*

79. *Cognoscit de impensis quandoque judex, quandoque in arbitrium boni viri id remittitur.*

80. *An Emptor impensas cum fructibus perceptis compensare possit, distinctionis fœdere sopitur.*

81. *Bonæ fidei possessor fructus extantes antè Litis Contestationem facit suos, post Litis Contestationem tenetur de extantibus non tantum, sed & de consumptis.*

82. *Emptor, qui ex re emptâ nullos percepit fructus, usuras petere ex pecuniâ solutâ potest.*

83. *Si post Contractum Emptionis consummatum, Retrahens Emptori insinuat Retractum, de usuris non tenetur.*

84. *Possidens fundum sub pacto de retrovendendo fructus facit suos.*

85. *Impensas majores bonâ fide factas, quas non impendisset Retrahens restituit.*

86. *Sumptibus immoderatis & insolitis*

litis factis Judex pretium determinat.

87. *Emptor de damno infecto haud tenetur, si moderatas & consuetas adhibuit impensas.*

88. *Emptori Retrahens restituit id, quod impendit, non verò in quantum res exinde meliorata.*

89. *In fundo Empto si arbores implantatæ, sumptus sunt solvendi quos impendit Emptor tempore implantationis.*

90. *Emptor quoque proprios labores, quos impendit, æstimat, unà cum sumtibus suorum Domesticorum.*

91. *Retrahens pretium id reddit, de quo cum Venditore contraxit, hinc non venit id, quod à secundo Emptore, si res rursus vendatur, datum.*

92. *Qui ex pecuniâ mutuatâ retrahit, admittitur.*

93. *Jus Retractus in Tertium retorqueri non potest, nisi sit Consanguineus proximus post proximiorem, qui ex Inopia retrahere non potest.*

CErtum est, nullam constitui emptionem venditionem, in quâ non 1
intervenit pretium. *l. 2. §. sine pretio & l. in venditionibus ff. de Contrah. empt. L. empti Cod. eod.* Imaginaria & nulla est, quæ pretium non habet, *l. nuda 55. ff. de Contrah. empt.* Datur hic pretium, vel pecunia pro re *l. 1. §. penult. ff. de Contrah. empt. l. 1. ff. de Rerum permut.* Quod certum esse debet. *§. 1. in fin. Instit. de Empt. vendit.*; & consti- 2
tuitur authoritate Contrahentium, qui de pretio consentiunt, modò sit justum, æquum & legitimum, congruum & accommodabile valori rei venditæ. *L. etsi aquo pretio l. si fundum ff. de Legat. 1.* Statim verò pretium dari necessum non est, opus tamen erit, ut Contrahentes de pretio convenerint. *l. 2. §. 1. ff. de Contrah. empt.* Indè actio nascitur ultrò citròque obligatoria, Emptori adversus vendentem, ut rem tradat; Vendenti adversùs Emptorem, ut pecuniam quoque conventam solvat. *tot. tit. ff. de Act. Empt. Vendit. 1.* Conveniens erit, ut hic loci de eo, quod Emptori a Retrahente præstandum, agamus. Primò igitur Proximus 3
vel alius, cui Consuetudo prælationem concessit, pretium conventum Emtori antè elapsum annum & diem offerre debet; fitque hoc communiter in pecunia numerata. *§. item pretium, & ibi not. Inst. de Empt. vendit.* Ubi ratio naturalis postulat, ut is, qui hoc jure uti vult, à primo emente expositum ac muneratum, pretio vero & communi valori conveniens, ac in bona moneta consistens, idque vel totum, vel in certis terminis, 4
auf gewisse bestimmte Ziel / constitutum, in convento loco & tempore

 resti-

restituat, *cap.* 9. *X. de in Integr. restit.* Carol. Molin. *in Consuetud. Paris. tit.* 1. §. 14. *Gl.* 8. *num.* 8. Quia enim Retrahens in Ementis locum sese substitui patitur, ideò ex æquitate quoque obligatur ad id, ad quod prior se obligavit. *ca. Ecclesia ut lite pendente l. imperator.* 72. §. *fin. & l. seq. ff.*
5 *de Legat.* 2. Andr. Gail. 2. *obs.* 19. *num.* 7. Quò pertinent omnia pacta licita & honesta in Emptione Venditione in continenti apposita. Theod.
6 Reink. *de Retract. quæst.* 5. *num.* 3. Non verò quæ post Contractum, aut ex intervallo adjecta, Theod. Reink. *ibid. num.* 62. *& seqq.* Quod tamen aliter se habet, si Retrahens sit exiguæ fidei, quô casu poscere ab eo solutionis nomine satisdationem Emtorem posse, concludit, post Molin. & Tiraq. Henric. Bocer. *Part.* 1. *class.* 3. *disput.* 22. *num.* 67.

7 Pretium, ut in superioribus jam monitum, quia justum constitui in emtionibus debet, ideò & justum restituendum. Justum autem dicitur, vel ratione loci, in quo restituitur, ut in loco Contractus; vel ubi ex pacto convento reddendum. Sic illius loci valor in moneta attenditur, qui ibidem in usu. *Gloss. in l. sed etsi suscepit.* 52. §. *si libertis. in verb. ex genere comparationis ff. de Judic.* quodque emptor sine fraudis consilio dare paratus erat. Reink. *Quæst.* 6. *num.* 121. *& ibid.* Matth. Berlich. *Part.* 2. *Conclus.* 41. *num.* 2. *cum seqq.*

8 Temporis quoque habenda ratio, quo præstanda pecunia, qualis scilicet tempore solutionis valet. Christoph. Richt. *Part.* 1. *Decis.* 76. *num.* 135. Sin inter Contrahentes simpliciter nihil de qualitate sivè genere monetæ exprimatur, moneta intelligitur usualis & frequentata in loco Contractus. *in l. semper in stipulationibus* 34. *ff. de Reg. Jur.* Joach. Mynsing. *Cent.* 4. *obs.* 15. De Moneta proba, quam Retrahens offerre debet, nach rechtem Schrot und Korn / vid. eleganter apud Reink. *dict. Quæst.* 6. *Conclus.* 2. *per tot.*

Quod verè datum pretium ab Emtore, verè quoque reddendum
9 à Retrahente. Sed quæritur, *quid si res pluris valeat quàm pretium?* Resp. Quod pluris valet, à venditore Emptori donatum censeri? Carol. Molinæus, *in Consuet. Paris. tit.* 1. §. 14. *Gl.* 8. *n.* 3. *tertio quæro. & in præced. Quæst.* 1. hanc ponit quæstionem; ubi principaliter attendendum ait, numme res vendita sit justô & verô valore, qui est ex. gr. mille florenorum; & an hi etiam ab emente venditori soluti sint, sed additum à Contrahentibus in instrumento: *& quod pluris valet, Emptori donatum*
10 *esse.* Quô casu, dum res pluris non valeat, nec plus ab Retrahente dona-

ti

ti loco ſolvendum, quàm juſtum illum valorem in mille florenis conſiſtentem. Quod ſi verò res valeat tantùm mille, & ſoluti ſint octingenti vel minus, reſiduum haud dubiè ex donato remiſſum, Emptori reſtituendum. Quod ſecus actum, præſumitur in fraudem factum, de quo Nic. Boër. *Deciſ.* 143. Theod. Reink. *quæſt.* 5. *num.* 54. *& ſeqq.* Andr. Tiraq. *tit.* 1. §. 1. *Gl.* 18. *num.* 18. & Molin. *cit. loc.*

Quandoque accidit, ut prædium in Inſtrumento minori pretio, 11
quàm verè & realitèr emptum & ſolutum, vendatur, quod in rebus Emphyteuticis, propter Laudemium domino præſtandum, in præjudicium ejus à ruſticis aliquoties practicatum. Hoc in caſu Retrahens id tantummodò reſtituit, quod in Inſtrumento continetur; Domino verò Laude- 12
miali in tantùm Laudemii ſolutio facienda, quantùm verè & juſtè res vel Emphyteuſis valet, ideò Retrahens ſolum reſtituit id, quod in Inſtrumento poſitum pretium, ne ex dolo vel calliditate contrahentes releventur. *l. rerum* §. *tempus ff. pro ſocio.* Decipientibus jura non ſubveniunt. *l. &* 13
primo. §. *verba. ff. ad Velleian.* aliàs cum alterius, nimirum Retrahentis detrimento, conſuleretur doloſo ementi, *c. primum. Cauſ.* 22. *qu.* 2. *l. nec avus. Cod. de Emancipat. lib.* Laudemium verò totum ſolvendum, quanti ſcilicet res verè valet, eò quod non permittendum, ut cum jactura alter locupletetur. *per l. nam hoc natura. ff. de Condict. indeb.*

E contrario, ſi qui fingunt majus pretium, ut, loco mille conveniſſe 14
in mille & quingentos florenos, ſi poſtea elapſô tempore annali innoteſceret, verum pretium mille tantum fuiſſe florenorum, Conſanguineum elapſo tempore adhuc redire poſſe ad Retractum in mille putat Molin. *d. Gl.* 8. *num.* 9. *quæſt.* 6. eo quod fraudulento fraus ſua prodeſſe non debeat. *l. ne ex dolo ff. de Dolo. Malo.* & hic non vera, ſed ſimulata venditio celebrata. De Patrono idem ſentit Molin. *ibid.* cui etiam poſt fa- 15
ctam inveſtituram adhuc Retractum concedit, quando magnitudine pretii ficti perterritus noluit retrahere.

Venditur prædium verè pro mille, ſed fraus verſatur in ſolutione, 16
quando tantum ſolvuntur quingenti ab emente, qui aſſerit, reliquos quingentos ſe jam antè ſolviſſe, quod & venditor fraudulenter affirmat? Hoc in caſu ſi ex Inſtrumento vera & realis numeratio non appareat, iſtorum affirmationibus haud ſtandum, ſed ſi Inſtrumentum ſimpliciter de numeratione loquatur, propter præſumptam fraudem forſan adhibitam, neque credendum, *l. per diverſas* 22. *ibi: tantummodò ſolutarum*

pecuniarum. & l. ab Anastasio 23. Cod. Mandati & ibi Joan. Sichard. *num.* 3. *& seqq.* Testibus autem plenè probare solutionem factam possunt contrahentes, quod jure jurando, modo petatur à Retrahente, confirmare tenentur.

17 Procedit etiam in eo casu, quô veri pretii confessio à Contrahentibus haberi nequit, ubi vel instrumentum exhibere, vel per testes probare, vel per Juramentum à Retrahente petitum declarare coguntur, daß der Kauffer recht / und auffrecht gekaufft / auch die Kauff-Summa so hoch seye / wie angegeben worden / de quo vid. suprà *cap.* 2. *num.* 44.

18 In pretio Contrahentibus licet se invicem circumvenire, prout in *l. in causa.* 16. §. *fin. ff. de minorib. l. item si.* 22. §. *ult. ff. Locati. si voluntate. Cod. de Rescind. vendit.* & quidem ex naturâ Contractus, & gentium jure, modò tolerabilis. *l. si voluntate. Cod. de Rescindend. vendit.* & sine dolo circumscriptio pretii sit, quia puta Emens emere vult quàm minimo, & Vendens vendere quàm plurimo. Nam ex dolo proficiscens circumventio rescindit Contractum, ob dolum & fraudulentum alterutrius consilium, ut *in l. si quis affirmaverit ff. de Dolo. l. & ideo ff. Locati.*
19 Venditori, qui valorem rei suæ scivit, beneficium *l.* 2. *Cod. de Rescind. vendit.* negat competere, ex Bartolo Baldo & aliis, Arnold. Vinnius *Quæst. Lib.* 1. *cap.* 56. per pulchras rationes ibidem adductas. Ut circumventio pro licitâ habeatur, notandum, læsionem re ipsa & ex Contrahentium incuriâ promanare debere. Ex evidenti autem Emptoris vel Venditoris dolo redditur Contractus, tanquam bonæ fidei, ipso jure nullus. *l. si dolo Cod. de Rescind. vendit.* Joachim. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 73.

20 Igitur *si circumventio sit ultrà dimidium justi, quæritur quibus læsis, & quali remedio iis succurratur?* Resp. competere (I.) utile remedium *l.* 2. *Cod. de Rescind. vendit.* læso Venditori. *d. l.* 2. & ejus hæredibus. Andr. Rauchbar. *Part.* 1. *Quæst.* 43. *num.* 48. (II.) Emptori & ejus hæredibus, ut
21 ex eadem Lege 2. DD. volunt. (III.) Extenditur ad Locatorem & Conductorem, quia Locationis & Conductionis Contractus iisdem continetur regulis, quibus Emptio & Venditio. Andr. Fachin. *Controv. L.* 2. *cap.* 22. (IV.) Ad permutationem. (V.) Locum habet in divisione hæreditatis. (VI.) In venditione judiciali sub hastâ. (VII.) In datione in solutum, tàm voluntaria & extrajudiciali, quàm necessaria & judiciali. (VIII.) In constitutione dotis, ut scilicet ea reducatur ad justam quantitatem. (IX.) In

trans-

transactione & aliis, de quibus videndi sunt Fachin. *dict. L. 2. cap. 15. cum seqq.* Christoph. Richter. *Decis. 99.* Bened. Carpzov. *Part. 2. Const. 39. & alii.*

Hisce positis *quæritur porrò, quomodo læsio ultrà dimidium justi & veri pretii æstimanda?* Resp. In venditore hoc satis aperte textus ipse *in l. 2. Cod. de rescind. vendit.* explicat, dum dicit: *minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri pretii soluta sit.* Declaretur exemplo Venditor tempore Contractus celebrati rem valentem 10. aureis, vendidit pro 4. tantum, sic ultra dimidium in uno aureo, justi pretii fert læsionem Venditor. In Emptore verò duæ irrepsêre DD. sententiæ. Quidam voluêre, læsionem ultrà dimidium justi ita computari, si v. gr. Emptor pro re valente 10. dedisset 16. quia dimidium sunt 5. hinc in 1. ultrà dimidium dato læsus est Emtor. Ita Glossa magna in *d. l. 2. Cod. de Rescind. vendit.* & in illam Bartolus, Baldus & sequaces, quos citat Augustin. Morla, *Part. 1. Empor. Jur. tit. 9. quæst.* 18. *num. 2.* Joann. Gutieretz, *Practic. Quæstion. L. 2. quæst.* 133. *n. 2.* Ludov. Molin. *de Justit. & Jure, Tractat. 2. Disput. 349. num. 2.* quam communem dicit Henric. Zoës. *ad ff. tit. de rescind. vendit. num. 6.* Alii volunt æquitati & menti *dictæ leg. 2.* magis congruere, & ab æque gravibus JCtis probabilius receptum esse, tùm demum læsionem ultrà dimidium censeri, si Emptor pro re valente v. gr. 10. dederit 21. ubi demum eum ultrà dimidium, illius quod dedit, læsum existimant. A Neotericis ita statui, ait, & eos sequitur Henric. Zoës. *dicto loco num. 6. in fine:* tenetque Andr. Fach. *dict. L. 2. Controv. cap. 16.* Joann. Oldendorp. *Action. forens. class. 4. act. 1.* Aug. Morl. *d. Tit. 9 quæst. 18. n. 2. vers. sed diversa opinio in puncto juris verior mihi videtur,* ubi dicit: *hanc esse verissimam.* Tholosan. *Synt. jur. L. 25. cap. 24. num. 13. secutus* Cynum. *in dict. leg. 2. Cod. de Rescind. vendit.* Joach. Mynsing. *Cent. 4. obs. 73.* ubi hanc opinionem non semel in Camera approbatam ait. Theod. Reinck. *de Retract. quæst. 6. num. 125.* Georg. à Widmont. *Colleg. Pandect. in tit. de Rescind. vendit. num. 51. & ibid.* Concordat Jus Bavar. Landrecht. *Tit. 7. artic. 2.* oder ein Kauffer 21. Gulden außgelegt / und doch mehrer Gueth nicht / als allein das 10. Gulden werth ist / darfür bekommen hätte.

22.
23.
24.

Non omnis Regionis res, ejusdem pretii esse, reperimus, quare pro primo attentenda sunt tàm loca quàm tempora. Sic in uno loco res caro pretio venditur, in altero propter earum abundantiam, viliori. *l. pre-* 25.

tia.63.§.ultimo.ff. ad Leg. Falcid. Indè tria in pretio variare possunt tem-
26 pora, venditionis, traditionis, & rescissionis. Spectatur etiam pretium, quod affectionis dicitur, quod quis habet ad rem, vel ob opportunitatem vel Vicinitatem, vel quia Majorum nostrorum fuit, ut est *in l. si emptionem 35. ff. de Minorib. & l. lex quæ. 22. Cod. de Administr. tutor.* vel ex aliô motivo singulari, rei æstimationem majorem vel minorem causante; De-
27 mum pretium est, quod commune vocatur, prout illud in foro publico currit, wie gemeiner Lauff und Kauff ist. Sic pretium aliud commune, aliud singulare, aliud iniquum seu fraudulentum, de quibus concluditur, læsionem ex communi rerum valore æstimandum. *l. pretia rerum. 63. in princip. & l. servum 33. ff. ad Leg. Aquil.* Christoph. Richter, *Decis. 76. n. 132.* hoc est, quantum quivis extraneus Emptor solvere paratus. Bened. Carpzov. *Part. 3. Const. 15. Def. 40. num. 4.* Et valor ex redituum quanti-
28 tate colligitur. Richt. *Decis. 99. num. 139.* item ratione onerum & conditionis rerum, qualis tempore quidem Contractus fuerat. *l. si voluntate 8. Cod. de resc. vendit. in fin.* Caspar. Klock. *Tom. 2. cons. 51. n. 109.* Richt. *dict. Decis. num. 149. usque 150.* ubi habetur Respons. Jurid. Es ist in der Læsion nicht auff den jetzigen Werth / sondern die Zeit / als das Guth vor 20. Jahren verkaufft / zu sehen. *cum seqq.*

29 Probatur autem læsio communiter per probos & peritos rerum æstimatores, ac testes testificantes de annuis reditibus. Joan. Köpp. *Decis. 44. num. 29.* Bened. Carpzov. *Part. 2. Const. 34. def. 6. num. 3.* & Richt. *d. Decis. 99.* Quid autem æstimatores attendant, vid. *supra Cap. 5. n. 34. usque 38.* Porrò probatur læsio mediante juramento, ubi Actor læsionem ultra dimidium committit conscientiæ Rei. Richt. *d. Decis. 99. num. 155.*

30 Jam principaliter quæritur, *an Legis 2. Cod. de Rescind. vendit. favor, etiam Retrahenti competat?* Resp. quia Retrahens in jus Emptoris subintrat, & eodem jure, quod illi competiit, uti potest, commodumque cum suo onere transit. *l. cum fisco. ff. ad Syllan.* nec non surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur. *l. si quis cum. § qui injuriarum ff. de Action.* ideò dicendum, salvum remedium dictæ legis 2. esse Retrahenti, cum paria sint, aliquid ab initio esse tale, vel ex post facto pervenire ad tale. *l. nec interest ff. ad Leg. Falcid. l. penult. ff. de Action.*
31 *Empt.* Extenditur ad Retrahentis hæredes, per dict. *l. 2. Cod. de Rescind. vendit.* quia non personæ sed causæ, scilicet læsioni, tributum est hoc beneficiũ, quodq; ad omnes casus similes spectare ait Simon Groëneweg. *de LL.*

abrogat. in l. 2. Cod. de Rescind. vendit. add. Lauterbach. *Compend. jur. ad tit. ff. de Rescind. vendit.*

Pretiô justô, verô ac legitimô constitutô nemineque partium læso, 32
Retrahens illud totum & integrum Ementi offerre debet. Theod. Reink. *Quæst. 6. num. 16.* nec partem hic cogitur acceptare, nisi de novo in particularem solutionem conveniant. Reink. *d. Quæst. num. 39. limit. 3.* aut Emens in distinctis terminis dationem promiserit, wenn er auff gewisse Termin oder Zielweiß gekaufft/ ubi ut iisdem conditionibus & terminis Retrahens solvat æquum est & justum. Reink. *d. l. num. 28. & seq.*

Postquam Retractus in præscripto termino annali insinuatus est, 33
Retrahens ipse, vel per alium idoneum, conventum pretium integrum, in usuali & currente, vel prout id in Contractu præscriptum ac conventum, in moneta v. g. argentea dura, vel in auro aliisque speciebus, offerre debet. Theod. Reink. *dict. Quæst. 6. num. 55.* Oblatio enim verba- 34
lis hîc non sufficit, nec obligatur Emens acceptare pignora, vel Fidejussores, Reinck. *ibid. num. 60. & seqq.* Recusante Emptore oblatam sum- 35
mam acceptare, Retrahens coram competente Judice aut Magistratu, ejusdem sigillo obsignatam deponat. Henr. Bocer. *Part. 1. Class. 3. Disp. 22. num. 68.* Quô factô peractam consignationem & depositionem vel Magistratus vel Retrahens curet insinuari, Ementi. Ut verò oblatio ritè 36
fiat, novem utplurimum hæ conditiones traduntur observandæ: (1.) Locus sit tutus & congruus. *(2.)* Congruum & commodum tempus. *(3.)* Citatio partis. (4.) Ut in veritate & parata pecuniâ depônatur. *(5.)* Ut pecunia sit libera, non conditionata, nec cum reservatione quacunque deposita. *(6.)* In nnmerata pecunia, non in aliis bonis aut mercibus loco pecuniæ fiat. *(7.)* In pecunia tùm temporis currente. (8.) In pecunia non brevi reprobanda, multò minus jam reprobata. *(9.)* Tota summa absque omni decremento vel vitio; de quibus Theod. Reink. *dict. Quæst. 6. per tot.* De Oblatione Judiciali in specie *vid. n. 465. Conclus. 4. dicta Quæst. 6.* Quomodò Oblatio & Depositio fiat à Debitore, ut evitet usuras & pignus liberet, vid. Jacob. Menoch. *Arbitr. Judic. Cas. 232. per totum.* Joan. Sichard. *in Cod. tit. de Solut. & liberat. ad l. 9. n. 9. & seqq.*

In septimâ conditione diximus, requiri ut pecunia sit, quæ cursum 37
habeat. Hæc autem talis est, quæ valet in territorio, quousque illud terminis seu limitibus vallatum, quod in Contractibus communiter apponere solemus, an guten gangbahren Sorten nach hiesiger Landeswehrung

rung quod est, quo usque districtus territorii sese extendit. Matth. Weh-
38 ner. *Pract. Obs. in verb.* **Landswehrung.** Communiter in Contractibus apud nostros ferè omnibus, ut & censibus pecuniariis redibusque, nec non præstationibus Laudemiorum, & omnibus aliis negotiis hîc loci fieri solutionem in Bohemicis, ab ævo jam constituitum reperimus; vulgò **Böhmisch.** Communissimè verò **Knacken** dicimus, quorum quilibet 6. **leichte Pfenning/** eorumque 42. pro floreno communi reputantur, **einen gemeinen Gulden/** hicque est, quem nos **nach Fuldischer Landswehrung**
39 sumimus. Rhenanus verò constat 44. **Böhmisch.** Illud adhuc notare placuit, quandoque in Documentis antiquis inveniri **Pfund Heller.** Ubi sciendum est, libram obulorum, esse pretium viginti pantingorum. **Zwantzig Pfenning/** prout ex libris Censualibus nobis constat, uti & **ein**
40 **Fuldischer Grosch/ gildt 2. Pfenning.** In monetæ mutatione, quomodo Retrahens ementi solvat. vid. latè Theod. Reink. *Quæst. 6. conclus. 2. per tot.*

Ulterius nona & ultima conditio integram summam vult offerri.
41 Sed *quid, si Emptor vel Venditor Retrahenti jam aliunde sit obligatus, an deducendum pretium*, quoad illam partem, quam Emptor vel etiam venditor Retrahenti debet? Resp. si pretium integrum ab Emptore solutum, hicque Retrahenti obligatus, quinimò licitum erit summam debitam de-
42 trahere; Sed si Venditor Retrahenti sit obligatus, & integrum pretium sit ab Emente ei solutum, non licebit Retrahenti, id quod solvit Emptor, deducere, essetque in maximum præjudicium Emptoris, ubi suum non consequeretur, quod jura non permittunt. Sin pretium integrum non sit solutum, sed in distinctis terminis solvendum, utique licebit Retrahenti, creditam pecuniam deducere, quô casu cum emente Retrahens nihil amplius negotii habet, sed cum Vendente, quippè paria sunt solvere & compensare *l. si debitor ff. qui Pot. in pign. hab. l. si peculium §. de illo. ff. de statu lib.* Henr. Zoës. *Tract. de Retract. consang. num.* 104. & Tiraquell. §. 3.
43 *gl. 3. num.* 13. Pono: pretium totum & integrum ignorare proximum Retrahentem, cum totum & integrum offerri nequeat, sufficienter pro ea vice offert, si in parte aliqua, cum protestatione de solvendo reliquo,
44 quod Emptor docere debet oblatio fiat. Gregor. Tholos. *Synt. L. 22. cap. 23. num. 1. in fin.* Henric. Bocer. *Part. 1. Class. 3. Disput. 22. n 65.*

45 Præter pretium ulterius refundendi sunt sumptus. Horum verò nomine primò veniunt sumptus vini, vulgò **Weinkauff.** Andr. Gail. 2. *Obs.*

19. *num.* 9. & ita in Camera Imperiali Judicatum 29. Augusti Anno 1554. refert ex Raphael. Seiler *in Sentent. Imp. Cam. fol.* 88. Diether *Contin. Thesaur. Pract. Besoldian.* voce Weinkauff. Qui non necessario in vino, 46
verùm etiam in cerevisia, mulso, vino adusto, vel alio potûs genere usitato consistere possunt. Wildius *de nummis bibatibus Thes.* 11. & Diether. *dict. loco.* Non refunduntur sumtus, si in modô excessum fuerit, quod 47
quandoque in fraudem Consanguineorum aut Vicinorum fit, ubi ad necessarios duntaxat & utiles, non delicatos, tenetur Retrahens *per l. si fine. §. interposito cum seq. §. ff. de Administrat. & peric. tutor. l. si servus. ff. de Pignorat. Act.* Matth. Wehner, *dicta voce* Weinkauff; ubi ex Gailio 2. *Obs.* 19. ponit cautelam: Si quis uti velit Retractûs beneficiô, ut statim Em- 48
ptori denunciet, ne sumptus faciat, eò quod rem venditam retrahere intendat, & in Practicâ observari. *l. si fundum. Cod. de Rei vindic.*

Nec non quod proxenetis, sivè mediatoribus, denen Unterhändlern / qui venditionem procurant, datum, restituendum venit per *l. ædiles etiam. §. ultim. cum l. seq. & l. illud sciendum. ff. de Ædilit. Edict.* Anton. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 50. *num.* 10. Idem dicendum est, si 49 50
pecunia vel vestis, aut aliud quidpiam Uxori Venditoris datum, quod communiter propter uxoris consensum in venditionem fit, aut quod ultra summam conventam, so in Kauff gegeben wird / reddendum. Andr. Tiraq. §. 29. *Gl.* 4. *num.* 8. & 9.

An & illud, quod ab ipso Emptore proximo Consanguineo, ut à Retractu abstineat, datum, refundendum veniat à remotiore Consanguineo, cui competit post proximiorem jus Retractus, quaritur? Et quod ita sit, atque à remotiore Retrahente reddendum, vult Nicol. Boër. *Decis.* 76. *num.* 7. *infr. vers. sed benè quando proximiori.* dum dicit: *quod secundus proximior retrahere volens, teneatur solvere Emptori omne id, quod dedit vere, & realiter solvit, cum legitimis constamentis*, ubi concedit in casu, quo Retrahens solvere nolit, Jus retentionis, donec solvatur. *dict. citat. num.* 8. Re- 51 52
ctius ad contrarium Tiraquellus citat. §. 29. *Gloss.* 4. *num.* 14. *accedit.* Nam imputet sibi Emptor suam liberalitatem, qui scit, jus competens, unô renunciante, alteri esse quæsitum, cum non tàm uni favendum, ut alteri fiat injuria. *per l. impuberi. ff. de Administrat. tutor. l. cum filius familias. ff. de Militar. testam. l. assiduis. in fine. Cod. qui potior. in pign. hab.*

Accedunt hiscè sumptûs Instrumentorum super emptione confe- 53
ctorum. Anton. Peregrin. *dict. artic.* 50. *num.* 10. Theod. Reink. *Qu.* 6.

P num.

num. 385. *in Conclus.* 3. in illam scilicet partem, quam solvere debet Emptor, pro Instrumentorum redemptione & recuperatione, item sigilli ap-
54 pensione; quibus accedit Ein-Schreib-Geld in die Erb-Register / & similes libros; item Jura seu sportulæ pro Ministris debitæ, die Diener-Gebühr / quæ in bonis rusticorum nostrorum ex comuni usu pro inscriptione novi Emptoris penduntur. Communiter datur unus florenus.

55 Proinde est quæstionis: *an in Retractu dupliciter exigi possint sportulæ?* eine doppelte Diener-Gebühr? Ad quod respond. generaliter observari, quotiescunque præstandum Domino Laudemium novum, dari etiam debitum pro Ministris constitutum, quod hucusque nunquam intermissum, & quia in Retractu duplex datur Laudemium, ut *in praced. cap.* 4. dictum, consequenter in duplo sportulæ penduntur. Specialiter tamen observandum, etiamsi quinquies & sexies per Consanguineos retrahatur, duplex tamen tantum Laudemium solvi, quod specialiter & in Camera, vulgò Rent-Cammer / practicari posthâc in perpetuum sancitum habemus.

56 Denique omnes impensæ, quas pro re, circa rem vel in re impendit Emptor, ei restituendæ. Impensarum verò modos non omnes ejus-
57 dem generis esse, manifestò comperimur. Aliæ siquidem sunt necessariæ aliæ utiles, aliæ voluptuariæ. *l.* 1. *impensarum ff. de Impensis in res dot. factis.* Necessariæ in se habent necessitatem impendendi. *dict. l.* 1. §. 1. *ff. eod.* quæ, si non impendantur, aut res peritura, aut deterior futura esset. *l. impensæ.* 79. *ff. de Verbor. Signif. l. impensæ.* 14. *ff. de Impens. in res dot. fact.*
58 Utiles sunt, quæ rem meliorem faciunt, deteriorem esse non sinunt, *l.* 5.
59 §. *ultim. ff. de Impens. in res dot. l.* 14. §. 1. *ff. eod.* Voluptuariæ denique sunt, quæ speciem quidem exornant, non autem fructum exindè augent. *d. l.*
60 *impensæ* §. 2. *ff. de Verb. Signif.* & *l.* 7. *ff. de Imp. in res dot.* Præterea sunt voluptuariæ & utiles simul, quæ exornant, & delectant, simulque utilitatem afferunt; *d. l.* 7. *ff. de Imp. in res dot.* Præmissis his, utique videamus, quas & quales Retrahens Emptori refundere teneatur.

61 Et primô locô veniunt necessariæ, communiter in reparando & reficiendo consistentes. *Reparatio* dicitur, per quod aliquid absque dilatione vel productione conservatur; *reficere* verò, quando corruptum in pristinum statum restauratur, quô nomine tegere, substruere, sarcire, ædificare, item advehere, apportareque ea, quæ ad eandem rem necessaria
62 sunt, continentur. Nicol. Boër. *Decis.* 44. *n.* 2. Necessarias hasce quilibet

bonæ

bonæ fidei possessor repetit. *l. domum quam. 5. Cod. de Rei Vindic.* quorum nomine habet Jus Retentionis, donec resarciantur. *l. si in area tua. 33. ff. de Condict. indeb.* quas & malæ fidei possessor deducit *l. domum. ff. de* 63
Rei Vindic. Boër. *d. Decis. num. 6. in fine.* Jacob. Menoch. *L. 1. Consil. 2. num. 371.* Inter necessarias numerantur ab eodem Menochio *Arbitr. Judic. L. 2. Cas.* 258. in specie moles in mare vel flumen proiecta, ad arcen- 64
dum impetum undarum & inundationem, ne ædificiis propè flumen positis noceat; item pistrinum vel horreum factum in fundo, quando familia magna est, & fundus frugum ferax; vitium propagatio, arborum curatio, sementum pro utilitate agrorum, foveæ, canales, & aggeres pro arcendis aquis pluvialibus facti, fluminum aversiones, item si ædificia vetera fulciantur ac reficiantur, si arbores in locum demortuarum reponantur, aut de novo plantentur, si servorum valetudo curetur, ædificetur domus necessaria, si domus ruens, vel casu diruta restituatur, quibus additur, custodiam castri, vel etiam in aliis prædiis, inter impensas necessarias connumerari, de quibus omnibus vid. Menoch. *d. Casu* 258. à *num.* 4. *usque* 10. Addit quoque pro necessariis ex Alciato Joan. Goedd. *in Comment.* 65
ad l. 79. ff. de verb. signif. num. 4. ea, quæ ex Consuetudine Regionis sinè dedecore omitti nequeunt.

Expensæ in ædificatione de novo necessariæ quoque sunt, non ta- 66
men regulariter, uti notanter *ex l. 1. §. si quis ædificium 13. ff. de Novi operis nunciat.* colligitur. Aliud est collapsum noviter ædificare, aliud ædificium fulcire Nicol. Boër. *Decis.* 44. *n.* 7. *& præced. n.* 5. Item ad necessarias pertinent sumptus facti in rebus ipsis conservandis. Anton Peregrin. *cit. loco num.* 18. & quæ factæ sunt fructuum quærendorum, colligendorum & conservandorum gratiâ, consistuntque in arando, seminando, metendo, triturando, putando, vindemiando & hujusmodi aliis. Peregrin. *d. l. n.* 22. quas ittidem tàm bonæ, quàm malæ fidei possessor deducit. *l. si à Domino. §. fin. ff. de Petit. hæredit.* quia nullus casus inveniri potest, ut inquit textus, & DD. *in dict. l. si à Domino* &c. qui hoc genus deductionis impediat; & notanter sciendum, in deducendis impensis necessariis lo- 67
cum non esse moderationibus. *Glossa, in l. in fundo. ff. de Rei Vindic. & ibi* Bartol. *in 3. columm. vers. quæro primo.* quem citat & sequitur Peregrin. *num.* 32. in allata ratione subjecta, *quia*, inquit, *vix in necessariis potest dari casus, quod impensæ necessariæ excedant meliorationes; nam in excessu amitterent naturam necessariorum, & utiles fierent.* per *l. impensæ §. 1. ff. de Verb. Signif.* add. Tiraq. *de Retr. tit. 2. §. 7. Gl. 1. impensas necessarias* &c.

 Ad

68 Ad perpetuam Rei utilitatem factas impensas necessarias esse Reink. *de Retr. Quæst. 6. num.* 392 hasque tàm à bonæ quàm malæ fidei possessore factas, restituendas, vult. Menoch. *dicto Casu, num* 47. *&* 49. etiamsi res deindè perierit, in quam impensæ factæ. *per text. in l. planè.* §. 1. *ff. de Petit. hæred.*

69 Valdè modicas & exiguas impensas in Res factas ad restitutionem non venire limitat Theod. Reink. *d. Qu. 6. num.* 395. quia, dicit, *per l. scio. de in Integr. Restit. & ll. seq. ibid. citat.* modicum non curat Prætor, ubi sequenti *num.* 397. Reinking. subjungit, per *l. si merces* §. *vis major. ff. Locat.* in modico damno non præstari Colono remissionem, cum quibusdam aliis ibidem adductis exemplis, quorum alia adhuc amplius recenset Daniel Moller, *ad Constit. Elect. Saxon.* 32. *num.* 27. *&* 28. apud eundem Reink. *d. l. num.* 369.

70 Quæ ad melioramenta in fundo communiter fiunt, sub restitutione contineri, habetur *in textu, l. intrà utile* §. 1. *ff. de Minorib. & not. in l. domos. ff. de Legat.* 1. *& in l. qui exceptionem* §. *si pars. ff. de Condict. indeb. & in l. Emptor ff. de Rei Vindicat.* Hæc melioramenta consistunt in impensis utilibus. *l.* 5. §. *ultim. ff. de Imp. res dot. fact. & l.* 14. §. 1. *ff. eodem.* & non fiunt, ne res deterior futura sit, uti fit in ædibus ruinosis fulciendis, sed ut melior & fructuosior, quam nunc est, fiat. Joan. Goedd. *in tit. ff. de*
71 *Verb. Signif. ad l.* 79. §. 1. Inter hæc connumeratur, novelletum in fundo, pistrinum, vel tabernam in domo facere, quando nimirum nulla urget necessitas. Aliàs in necessarios sumtus transit. Porrò huc faciunt arbusti pastinatio, prædiorum stercoratio, novaliorum ad culturam redactio, quæ fit, si terras vigras, nemorosas, vallivas, pasculivas aut saxosas ad fertilitatem reducimus. Utiles ulterius sunt, fundum à servitutibus, pensionibus libellariis, aliisque oneribus liberare, agrum debuscare. De quibus vid. Menoch. *cit. loc.* & Anton. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 50. *de impensis. Part.* 2. *num.* 35. *cum seqq.* Emptor, si quas harum fecerit, ei resti-
72 tuuntur, modò in bonâ fide versetur. Nic. Boër. *Decis.* 44. *n.* 8. Malæ fidei possessor, qui scivit rem fore alienam, & nihilominus de novo aliquid fecit, non deducit, neque restituitur. Ant. Peregr. *d. l. num.* 39.

73 Secus tenent Interpretes in magnis ac onerosis sumptibus, per Emptorem tempore Retractus factis, quippe qui in fraudem Retrahentium, ut conditio eorum durior redderetur, facti censentur. Theod. Reink. *in 6. Quæstione. num.* 408. *cum citat. ibid. authorib.* Quales sunt immodici & insolidi, qui fraudis suspicionem faciunt. Reink. *ibid. num.* 409.

469. *cum multis aliis.* Interim in utilibus sumptibus, (quos cum ne- 74
cessariis coniungit Andr. Gail. 2. *Obs.19.num.9.* Tholosan. *Synt. L. 26. cap. 21. num. 5. & alii.)* id observandum, ut, quando Retrahens sese gravatum invenit, & probabiliter docet, Judex ex arbitrio temperamentum imponat. Nic. Boër. *Decis.* 47. *num.* 10. *in fin.* & cum eo Reink. *Quæst.* 6. *num.* 427.

Voluptuariæ impensæ, quæ ad voluptatem fiunt, quæque speciem 75
duntaxat exornant, non compensantur. Tales sunt viridaria, quæ amœ- 76
nitatis gratiâ fiunt, aquæ salientes, quæ ex aliquo artificio in altum surgunt, loricationes, incrustationes, quæ sunt crustæ subtiles, & muris subinducuntur, Balnearum exstructiones, picturæ, statuæ, & similia. Anton. Peregrin. *d. artic. part:* 3. *in fi.* Jacob. Menoch. *de Arbitrio Jud. Cas.* 258. *num.* 17. *& seqq.* Joann. Goedd. *Comment. in tit. ff. de Rer. Signif. l.* 79.
§. 2. Quas vero voluptuarias possessor tollere potest, eæ conceduntur. Ita ait 77
Celsus, *in l. in fundo ff. de Rei Vindic. sufficit tibi permitti tollere ex his rebus, quæ possis, dum modò ita, ne deterior sit fundus, quam si in initio non foret inædificatum.* Dominus tamen offerendo earum æstimationem, resistere potest. Peregrin. *de Impens. Part.* 2. *in fin.* Æstimatio autem fit, non quanti valet ædificium ipsum integrum & incorruptum, sed in ea æstimatione, quanti foret ipsis rebus detractis, ut pulchre declarat Andr. Tiraquell. *de Retr. Gentil. tit.* 2. §. 7. *Gloss.* 1. *num.* 6. Quomodo impensa & melioratio- 78
nes factæ probentur, vid. *apud citat. Auth. in citatis locis.* quibus conferrantur Petr. Antonii de Petra *Inspectiones, in* 15. *Quæst. à num.* 245. *usque ad finem. Tractat. de Fideicommissis.* Sed totum hoc negotium de impen- 79
sarum adiudicatione pertinere ad arbitrium boni viri sive judicem, ex Baldo scribit Menoch. *de arbitr. in dicto casu* 258.

Jam, *si quæ facta sint ab Emtore impensæ in rebus Retractui subjectis,* 80
an hos cum fructibus ex iis perceptis compensare possit quæritur? Hanc quæst. brevius resolvit Tholos. *Syntagm. L.* 26. *capite* 21. *num.* 6. ubi distinguere videtur inter tempus, quô nondum retraxit proximus, & inter tempus post insinuatum modô debitô Retractum. Quos percepit Emptor tempore nondum insinuato, fructus suos facit, nec compensat, nec restituit; cui subiungit rationem, eò quod hîc bona fidei possessor fructus 81
faciat suos, utpotè cum titulo possidens, qui antè litis Contestationem tenetur tantum de extantibus, post contestatam autem etiam de consumtis, ubi incipit tempus moræ. *l. qui scit* 25. *ff. de usur. & fructib. l. si apes. in fine. ff. de furt. l. certum.* 22. *Cod. de Rei Vindic. cum aliis adhuc*

textibus Tholos. d. l. Quotiescunque verò impensæ cum fructibus perceptis nequeunt compensari, refundi eas, & deduci posse, æquitas suadet. *l. planè. & leg. seq. ff. de Petit. hæred. l. Paulus. 29. §. penult. ff. de pignorib. l. in fundo, & l. sumtus. ff. de Rei Vindicat. l. utilium. 8. ff. de Impens. in*
82 *res dot. fact. l. 1. ff. de Infant. expos.* Exinde etiam usuræ præstandæ veniunt Emptori, qui nihil omninò fructuum ex re empta percepit, eò quod planè indemnis sit servandus, quod fieret, si longo & notabili temporis spatio, quandoque per integrum annum, pecuniâ suâ venditori jam solutâ, dein carere deberet. Reink. *Qu. 6. num.* 430. Itaque pro rata temporis quinque pro Centum, prout Imperii Constitutionibus legitimè permissum, vel alitèr in provincia usitatum: nach Land-üblichem Zins; Retrahens restituere debet; & expressè cavet Solms-Land-Recht. Tit. 12.
83 von Abtrieb ꝛc. §. da auch gleich der Kauffer kein Besserung ꝛc. Nisi Retrahens statim post Contractum ab Emptore & Venditore conclusum illi Retractum insinuaverit, à quo tempore ei usuræ non currunt, quippè qui in mora oblati pretii non accepti perstitit. Reink. d. *Qu. 6. num.* 431. ubi morosa Emptori mora noceat. *per l. in condemnatione §. unicuique ff. de Reg. Jur. & l. mora 32. §. penultimo ff. de usur.* apud eundem Reink.
84 citat. Sibi imputet, cujus culpâ damnum emersit: Emptor verò cum pacto de retrovendendo interim fructus facit suos, & quia rem restitutioni obnoxiam, possidet, tenetur eam custodire &, servare. Tholosan. *l. c.* qualiter etiam maritus de Jure Civili suos facit fructus in fundo dotali, nec deducit impensas factas. *l. & antè omnia. final. ff. de Impens. in res dotal. fact.* Anton. Peregrin. *de Fideicommiss. art. 50. num. 21.*

85 Num *autem sint restituendæ majores impensæ, quas non tantas fecisset proximus, si rem tenuisset?* quæritur, Textus est notabilis *in l. si quis alicui §. impendia. ff. Mandati. Impendia.* inquit Cajus §. 4to *Mandati exequendi gratia facta, si bonâ fide facta sunt, restitui omnimodo debent; nec ad rem pertinet, quod is, qui mandasset, potuisset, si ipse negotium gereret,*
86 *minus impendere.* Sed taliter immoderatas & insolitas Emptor facere posset, ita ut potiùs Retrahens nolens volens re retrahibili carere velit? Hoc casu ex arbitrio Judex cognoscit. Quod si oneraturæ essent patrem-familias, non deberi, pulchrè concludit *textus in l. sed an ultrò 10. ff. de Negot. gest.* ubi expressè dicit: non utiliter negotia illum gerere, qui rem non necessariam, vel quæ oneratura esset patrem-familias, adgreditur. *jung. l. properandum. §. etsi quidem. Cod. de Judic. ibi: expensas quæ consueto modo §. sivè autem ibi: pro solidis expensis. &c.* quorum argu-

mentô

mentò assertionem nostram distinctè confirmari patet. Conf. Reink. *d. Q. 6. num.* 408. *& seqq.* Sicut tali casu immoderatæ & insolitæ non de- 87
bentur; ita non tenetur Emptor de damno infecto, si adhibuerit moderatas & consuetas, etiamsi non suffecerint, quæ impendit; v. g. in domo vi aquarum corruente, in quâ communia & solida fulcimenta adhibuit. Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit* 1. §. 1. *Gloss.* 8. *num.* 57. Tenetnr tamen de dolo & culpa lata, ut *ibid.* Molin. Porrò restituitur tantum, quan- 88
tum in domum impensum, nec prodest Emptori, etiamsi ultrà centum meliorationes per suas impensas factæ. Molin. *d. l.* Sic si Emens vineam, 89
hortum, vel aliud prædium, vites aut arbores implantaverit, æstimatio melioramenti ad quodnam tempus referatur, quæstio est; an ad tempus & sumptus in implantatione tantùm factos, an quanti valent tunc, ubi jam radices egerint, respiciendum? Et æstimari eos, quantum nunc valent, ex Giurba, *ad Consuetud. Messan. c.* 15. *Gl.* 12. *num.* 8. voluere Costa & Ruinus, apud Joann. Heeser, *de Acquæst. Conjug. Part.* 1. *Loco* 4. *num.* 219. Sed contrarium, quantum scilicet impensum tempore plantationis, verius est. Idem Heeser *cit. loc.* quia plus non restituitur, quàm reverà expensum.

Præter sumptus pro impensis labores quoque & operæ ab ipso Em- 90
tore in rebus impensæ sunt æstimandæ. Sic industria & labor Artificis inspicitur, qui tempus utiliter consumpsit, operamque suam, adhibuit Molin. *d. tit.* 1. §. 1. *Gloss.* 5. *num.* 86. & non tantùm, quod suâ ipsius operâ Emptor, verùm etiam quod labore suorum domesticorum & similium, melioravit. *l. hâc Edictali.* §. *si verò plus. Cod. de secund. Nupt.* Item per alios suâ voluntate. Nam paria sunt, aliquid per me vel meâ voluntate fieri *l. filio famil. Cod. de Jur. deliberandi.* quorum sumtuum æstimationem arbitrio Judicis relinquit Molin. *d. l. num.* 86.

Quæritur jam, *si Emptor rem Emptam rursus alteri, & quidem pro* 91
maiori pretio interim vendiderit, utrum pretium Retrahens, primo aut secundo Emptori restituere teneatur? Huic respond. Retrahentem admittendum ad primum solutum & conventum pretium; nam secundo Emptori salva manet actio pro evictione, scilicet ex Empto, contrà priorem Emptorem, qui est suus Venditor; imò licet in Contractu Venditionis de evictione nihil fuerit dictum. *l. non dubitatur.* 6. *Cod. de Evict.* Est enim evictionis præstatio de naturâ emptionis *l. ex empto* 11. *ff. de Action. empti.* & quoad restitutionem pretii Textus est expressus *in l. postlim.* 19. §. *si is qui* 9. *ff. de Captiv. & postlim.* qui sic sonat: *si is, qui emerat ab hostibus*

plu-

pluris aliis jus pignoris, quod in redempto habet, cesserit, non eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet, & Emptor habet actionem, adversus eum, qui vendidit ex empto.

92 Quid *si quis propter inopiam Retrahens, pecuniam ad rem redimendam mutuet?* Et hoc casu admittendus Retrahens, quia pecuniæ mutuatæ fit Dominus, indè debitum verè solutum, quod pecunia mutuata solvitur. *per Textum, & DD. in l. 2. §. appellata est. ff. de Reb. Credit. §. 1. Instit. Quibus modis obligat. l. 4. ff. de Reb. Credit.* & Henric. Bocer. *Part. 1. Class.*
93 *3. disput. 22. num. 65.* Ubi & id infert, *num. praced. 55.* si propter inopiam quis ipse retrahere non possit, in commodum tertii quoque jus Retractus retorquere eum non posse. Andr. Gail. 2. *Obs.* 19. *num.* 10. Iniquum enim esset, jus, quod dat Retractum proximiori, referre in tertium non Consanguineum, nisi tertius sit post proximiorem proximior.

CAPUT VII.

De Tempore, intra quod retrahendum.

SUMMARIA.

1. *Tempori subjecta sunt omnia.*
2. *Per tempus mutantur mores & leges.*
3. *Tempus in omnibus spectandum & considerandum.*
4. *Tempus in Jure Retractus maximè attenditur.*
5. *In Jure Retractus, tempus diversis in locis diversimodè spectatur.*
6. *Tempora, intrà qua retrahendum, in variis locis variant.*
7. *Moribus Fuldicis intrà annum & diem Retractus admissus.*
8. *Tempus anni & diei quomodo sumatur.*
9. *Retractus denuntiatur per proximos.*
10. *Denuntiatio fit variis modis.*
11. *Tempus à quo quidam volunt incipere à traditione rei.*
12. *Nostris moribus simpliciter incipimus à venditione factâ.*
13. *Consuetudo optima legũ interpres.*
14. *Quando sub conditione res venditur, antè ejus existentiam tempus non currit.*
15. *In pacto Addictionis in diem & ex Lege commissoria incipit tempus, si id, quod appositum, elapsum.*

16. *Seq*

16. *Secus erit, si traditio non expectatô tempore appositô statim fiat.*
17. *Tempus intra annum & diem precisè spectatur.*
18. *Spectatur autem in Retractu annus utilis.*
19. *Annus utilis incipit à tempore scientiæ.*
20. *Scientia debet esse plena & certa, cum omnibus qualitatibus & circumstantiis.*
21. *Scienti & tacenti annus currit continuè.*
22. *Currit annus tàm proximis, quàm remotioribus Consanguineis.*
23. *Non currit tempus ex legitimâ causa impedito.*
24. *Rumor incertus de facta venditione Proximum excusat.*
25. *Excusatur quoque, si ignoret substantialia Contractus.*
26. *Ignorantia affectata non excusat.*
27. *Uti nec supina & crassa.*
28. *Secus est in ignorantiâ probabili.*
29. *Vicinus præsumitur scire venditionem factam à vicino.*
30. 31. *Vicinus negans scientiam habuisse de re vendita, jurejurando adstringi potest, ut ignorantiam probet.*
32. *Ignorantia excusat minorem viginti quinque annis.*
33. *Minor gaudet beneficio restitutionis in Integrum.*
34. *Uti & pupillus.*
35. *Fœmina ignorans jus excusatur.*
36. *Item Miles.*
37. *Miles Juris Civilis peritus non excusatur.*
38. *Rustico ignorantia juris propter summam simplicitatem & rusticitatem non nocet.*
39. *Qui jus, quod scire non potuit, ignoravit, excusandus.*
40. *Qui peritiores habere potuit, & non consuluit, non excusatur.*
41. *Absens Reipublicæ causâ justè excusatur.*
42. *Item omnis ex aliâ justâ causâ absens restituendus, si tempus anni & diei in Retractu competens elapsum.*
43. *Ignorantia Juris divini & Naturalis neminem excusat.*
44. *Etiam non rusticum, non minorem, non militem, Fœminas, &c.*
45. *Beneficium Restitutionis in integrum per quadriennium finitur.*
46. *In Venditione nullâ tempus nullum currit;*
47. *Nisi venditio nulla ex post facto reconvalescere incipiat.*
48. *Controversiâ ortâ super Contractu, traditione vel facultate vendentis, tempus incipit currere post litis eventum.*
49. *Fundum & similia immobilia Retractui obnoxia emens, ea in aliam formam mutare prohibetur.*
50. *Prohibuit specialiter Ordinatio Solmensis.*
51. *Constitutione Provinciali Bavarica*

rica pœna constituta in mutantes areas, absque præscitu Magistratus.

52, 53. Dominus fundi servientis veterem formam mutare non potest in præjudicium dominantis, uti in servitute juris pascendi.

54. Retrahens omnia præstare tenetur, ad quæ in Contractu se obligavit primus emptor.

55. Ultimô die adhuc retrahere licet, imò ultimâ horâ.

1 Omnia tempori subiecta esse, tam nosmet ipsos, quam res nostras, tam prospera quam adversa, quis est qui nesciat? Indè *tempori parendum*, suo symbolo nos docuit Theodosius secundus Impera-
2 tor. Mutantur & mores & leges cum tempore; tempus dat, tempus aufert, ut in Præscriptionibus & Usucapionibus inter cætera experimur. Tempus leviter aut atrociter punit; quod videmus in furibus nocturnis vel diurnis. Tempus præscribit ordinem in personis, rebus & actioni-
3 bus; Tempus in omni re considerandum. *Considerare*, inquit Cicero, *in Orat. ad Brut. in omni re oportet, quid aptum sit, & consentaneum Tempori &*
4 *Personæ, quid in dictis factisque dedeceat.* Quâ de causâ præ cæteris in Retractu quoque inter Consanguineos cæterosque, quibus competit, Tempus in tantum spectandum, ut quodammodo, qui volunt, jure suo uti possint. Nulli enim mortalium jus suum detrahi oportere statuit JCtus Ulpianus *in l. si dominus 2. ff. de His qui sunt sui vel alieni jur.*

5 Discrepantium verò circà tempus Consuetudinum & Statutorum tot sunt, quot ferè loca, quibus usu venit à subditis jus Retractus practicari.
6 Octiduũ observant; quidam, alii novẽ dies alibi quatuordecim Mensis, apud alios, item quadraginta dies, duo Menses, sex menses, quadrans anni, Annus integer, Annus sex septimanæ & tres dies, porrò in quibusdam locis decem anni inter præsentes & viginti inter absentes admissi, intrà triginta annos adhuc Consanguineum admitti refert Tiraquell. *de Retr. gent.* §. 1. *gl. num. 9. & seqq.*

7 Ex observantiâ verò nostrâ intrà annum & diem huc usque retraximus.
8 Annum reputamus eum qui constat 365. diebus. Annus hîc naturalis vocatur *c. quadragesima. de Consecratione Distinct.* 5. Qui incipit à die, & finitur eâdem die, annus continuus vocatur. Dies Naturalis verò constat 24. horis.

9 Denunciationem igitur per Proximos intrà determinatum tempus fieri oportere notissimum est. Nam quod certo tempore fieri debet, si post illud id fiat, non prodest *per l. Thais* 41. *§. intrà certa tempora* 12. *ff. de Fideicom. libert.*

10 In denunciatione, prout illam fieri oporteat, nihil certi hucusque obser-

servavimus, sed perinde est, an propriâ fiat allocutione Consanguinei, an in scriptis & per literas, an per Procuratorem nostrum, ac denique, quod plerumque in aliis locis præscriptum, per duos integræ famæ & fidei cives, durch zween redliche Bürger/ ad domum ementis à Retrahente missos, ita ut indicent, Titium tanquam proximorem retracturum. In quibusdam locis duo ad hoc negotium specialiter electi sunt viri, qui jurejurando adstricti, denunciationes deferunt, durch zween besondere beschwohrne Männer.

Acris DD. conflictus est de tempore à quo, seu ex quo incipiat currere annus & dies Retractui præfixus. Plurimi tenent, non valere nisi subsecutâ Traditione, eo quod antè hanc factam venditio nondum perfecta censeatur, utpote quod Emptori rem nondum habere liceat, nec ea è familia in extraneum transiisse dici possit, quæ in Dominio adhuc Venditoris est, nec venditionem sumi, nisi cum effectu, per *l. 1. §. hæc autem verba. 2. ff. Quod quisq; Jur. in alt. stat.* Quamvis autem opinio ista non levibus stipata rationibus & argumentis, ac gravissimis D.D. Authoritatibus haud dubitanter vallata sit; contraria tamen nihilominus prævalet Consuetudo simpliciter de Venditione agens. Carpz. *P. 3. Const. 32. def. 3.* latè Reink. *Q. 7. n. 167. & seqq.* Confirmant quoque multorum aliorum sententiæ, dum dicunt, ad substantiam Venditionis non spectare Traditionem, cum per Venditionem directò perveniatur ad alienationem, *juxta l. oratio. ff. de Sponsal. l. final. Cod. de Reb. alien.* quod firmat Tiraquell. *hic §. 1. Gl. 2. n. 4. & multi alii,* quos citat Augustin. Morla, *dicto tit. 9. Quæst. 13. n. 2.* Tiraquell. Carpzov. & Reink. *cit. ll.* Qualiter etiam responsum extat apud Christoph. Richter. *Decis. 76. n. 145.* ibi: Es nimbt die Verjährung ihren Anfang von Zeit des geschlossenen Kauffs/und nit erst nach beschlossener Ubergab des verkaufften Guths. In his & similibus tamen casibus Consuetudo optima est legum interpres. *l. si de interpretatione 17. ff. de LL.* cui accedit, in omni simpliciter Venditione peractâ, Laudemium ex prædiis à nostris præstari.

Sub conditione re venditâ, ante eius existentiam tempus currere non potest, licet videatur Contractus Venditionis, ubi tempus non currit nisi re alienatâ. Henr. Zoës. *ad pand. tract. de Retr. n. 111.* Contractus tunc perfectus censetur, quando conditio inibi apposita existit. per *text. express. in l. 1. §. annus ff. Quando de pecul. act. annal.* quam sententiam permulti veriorem deprædicant, apud Theod. Reink. *Quæst. 7. n. 221. cum seqq. multis & Quæst. 4. n. 61. & seqq.*

Ex pacto *Addictionis in diem,* sivè quando quis rem cuidam vendidit, hôc pactô, ut si intrà aliquod tempus alius meliorem conditionem

Q 2 obtu-

obtulerit, re sit inempta, de quo *tot. tit. in ff. de In diem addict.* & in Lege Commissoriâ, nimirum ubi pretium non solvitur intra tempus à Contrahentibus conventum, ut res maneat inempta, *tot. tit. ff. de Lege Commissoriâ.* tempus Proximo incipit currere, cum illud appositum fuerit
16 elapsum. Gregor. Tholos. *Synt. Jur. L. 26. c. 4.* Nisi traditio statim post Contractum quoque insequatur, ubi incipit alienatio, & manus mutatio, wo das Guth dem Käuffer zu besitzen/ zu gebrauchen und zu Nutzen eingeraumt oder zugestellt/ daß alsdann auch der Abtrieb / so bald von solcher Zeit des beschehenen Kauffs/ soll gerechnet werden. prout ferè hisce & similibus etiam loquitur Ordin. Solmens. *Tit. 12. §.* nachdem sich auch.

17 Atque sic tempus, quod de momento in momentum currit, spatiô annali, unâ cum superadditâ die in tantum Retrahentibus currit, ut præcisè intra illud Retractum competentem insinuare debeant. Non enim frustra Jura Actionibus Rebusvè, ne contra bonum publicum dominia in incerto maneant *l. 1. ff. de Usucap. §. in Institut. eodem.* certa præscripsere tempora *c. vigilanti de Præscript.* quibus dominia rebus adiiciantur, Actionibus verò meta ponatur, ut litium ac iurgiarum fiat finis.

18 Quamvis tempus nostrum annale continuo currat, non tamen continuum est, puta quod omnis via, elapso continuô, Consanguineis aut Vicinis præclusa, quâ jure suo uti prohibeantur; sed advertendum est, tempus *utile* semper intelligi. Bened. Carpz. *P. 2. Const. 32.*
19 *def. 6. n. 8.* Theod. Reink. *Q. 7. n. 86.* quod est à scientiâ, von Zeit der
20 Wissenschafft desumendum. Reink. *d. l. n. 87.* Plena hinc requiritur actus notitia, nec ea dicitur, nisi quis sciat, cum omnibus ejus rei qualitatibus & circumstantiis, ex sententia Glossæ notabilibis *in c. concertationi. in verb. sciverit de Appellat. in 6. text. in l. in totum 76. ff. de Reg. Jur.* Scientia debet esse certa, specialis & plena. Nic. Boër. *Decis. Burdeg. decis. 112. n. 1.* Theod.
21 Reink. *Q. 7. n. 100.* Scienti, & nihilominus tacenti annus continuus est, quippe quod scienti & volenti non videatur inferri dolus vel læsio. *L. cum donationis Cod. de Transact. l. 1. in fine ff. de Act. empt. vend.* Nam renuncianti suo beneficio non datur regressus. *l. quæritur. §. si venditor. ff. de Ædil. edict. L. si quis Cod. de Jurejur.*

22 Idem est in omnibus Consanguineis gradu ulterioribus, quibus tempus anni & diei, unâ cum Proximiori continuò currit, cum iidem Retractum in præfixo termino insinuare teneantur, nisi jus suum perdere in elapsô tempore, vel juri suo renunciare velint. Theod. Reink. *Qu. 7. n. 199.*

23 Ex quibus resultat, ignorantiam ex parte Proximorum à lapsu temporis quandoq; excusare, ut communiter D. D. statuunt. Tempus quippè non est

est semper continuum, sed incipit tale esse à tempore scientiæ. Legitimo enim impedimento existente, quo quis officio suo fungi nequit, cessat quoque Præscriptio, cum per eum non stet ut agat, *l. semper annali* 1. §. *ult. Cod. de Annal. Except.* potissimum si de facto alieno agatur, ut hìc, cujus ignorantia excusat, *l. usucapio. final. ff. pro socio l. quisquis. Cod. de Rescind. Vend. l. error facti Cod. de Jur. & fact. ignor.* Ex rumore incerto scienti, vel si quis 14
taliter qualiter scit, nec non confusam ac in genere scientiam habet de factâ venditione, temporis præscriptio non nocet, etiamsi præsumtivè scivisse perhibeatur. Ignorans substantialia Contractus v. g. qui nescit quantitatem 15
pretii, offerendo & deponendo partem admittitur. Th. Reink. *d. Q. 7. n.* 108. *cum aliis seqq.* Excipitur tamen ignorantia affectata, quæ æquatur scien- 16
tiæ. *cap.* 2. *de Tempor. ordin. in sext. cap. cum inhibitio. de Clandestin. desponsat.* Affectatam eam dicimus, ex quâ quis scire potuit, sed noluit vel dissimulavit, *l. qui contra*, 4. *Cod. de Incest. & inutil. Nupt.* Nam paria sunt nescire vel scire posse. *l. penult. ad SCtum Maced. l. in bonorum. in fin. ff. de Bonor. poss.* quam Tiraquell. §. 35. *Gl.* 4. *n.* 28. vocat *nequitiam.*

Alia exceptio adhùc est in ignorantiâ supinâ & dependente ab homi- 17
ne, quæ crassa dicitur & inexcusabilis, *c.* 1. *de Ordin. ab Episc. qui renunt. Episc.. c. Apostolica. de Cleric. excomm. c. consuetudo.* 8. *Distinct. cap. si.* 1. *qu.* 4. *l. plurimum* 3. *& l. nec supina.* 6. *ff. de Jur. & fact. ign. l. regula est.* 9. §. 1. *vers. rectè Labeo. ff. eod.* Regulariter enim talis pro scientiâ habetur. *Gloss. in Clem.* 1. *in verb. scienter. de Consanguin. & Affin. l. etsi consensu.* §. *ignorantia ff. de Contrah. Emp.* Th. Reink. *Q.* 7. *n.* 118. 119. 120. Attamen ignorantia pro- 18
babilis habet fundatam & probatam intentionem. Reink. *ibid. n.* 123.

Regulariter in Vicino propter vicinum adjacens prædium scientia Ven- 19
ditionis præsumitur: Quis enim ignorat factum Convicini, de quo ei constare jura præsumunt; nisi ignorantia procedat ex dolo & facto Venditoris, si is more improbo versatur in celandâ Venditione, ut inquit Henr. Zoës. *in ff. de Retr. Gent. n.* 120. *in primâ limitat. cum adduct. ibid. LL.* Quandoque scientiam Consanguinei pernegant, hinc competit Exceptio ignoran- 20
tiæ. *l. iniquissimum. ff. de Jur. & fact. ign. Conf.* Jacob Menoch. *de Præsumpt. L.* 6. *præs.* 24. Reink. *d. Q.* 7. *n.* 127. *cum aliis num.* de quâ jurato deponant, qualiter Facultas Jurid. Giess. de Anno 1617. respondit apud Richt. *d. Decis.* 76. *n.* 150. his verbis: Schwühre Kläger selbst/ oder durch seinen hierzu gevollmächeigten Anwaldt / ein Eydt zu GOtt/und uff sein heiliges Wort/daß er von articu irten Kauff/ innerhalb Jahres Frist von Zeit an / da derselbe vorgangen / nichts gewust / und erfahren gehabt/soll solcher gehöret werden / und ergehet darauff in der Haupt-Sachen / und ge-

31 gesuchten Abtrieb wegen/ ferner was recht ist v. r. w. Probatur enim ignorantia per iuramentum eius, qui se ignorasse dicit, *c. cum in tua, qui Matrim. accus. non poss. c. si verò aliquis. de sent. excomm.* ubi dicit Glossa, quod, quoties de conscientiâ alicujus quæritur, recurrendum sit ad juramentum. *Gl. in c. significasti.* 1. *de Homicid. & ibi gl. in verb. si ita est.*

32 Quibusdam ignorantiam non obesse, reperimus; ideò inter falsa ponit Joan. Coras. *Miscell. L.* 4. *cap.* 17. *n.* 2. omnes juris cognitionem habere oportere. Sic *primò* non obest Minori 25. annis *l. Regula est. ff. de Jur. & fact. ign.* Andr. Gail. 2. *Obs.* 48. *n.* 22. Caspar. Mantz. *Tract. de Restit. in Integr. tit.* 2. *de Min.* 25. *ann. n.* 120. Jo. Andr. Dornsperg. *de Probat. & Ex-*
33 *cept. L.* 2. *part.* 2. *cap.* 14. utpotè cui competit Restitutio in Integrum, sivè in omittendo sivè in committendo lædatur. *l. non omnia* 44. *ff. de Minor.* 25. *ann.* Quando autem læsionem, & suam minorennitatem probare de-
34 beat Minor vid. apud. Joach. Mynsing. *Cent.* 4. *Obs.* 16. Cum Minore restituitur pupillus, de quibus responsa vide apud Richt. *d. Dec.* 76. *n.* 165. *& seq.*

35 *Secunda* fallentia est in Fœminâ *l.* 9. *ff. de Jur. & fact. ign.* Andr. Gail. 2. *Obs.* 48. *n.* 22. Joach. Myns. *Cent.* 6. *Obs.* 47. *n.* 1. quæ Minori æquiparatur. *l. fin. Cod. de Jur. & fact. ign.* Andr. Rauchbar. *Part.* 2. *Q.* 2. *n.* 100. Gail. *cit. loc* Jac. Menoch. *L.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 17. Joan. Sichard. *in tit. Cod. de fide instrum. ad l.* 14. *n.* 5.

36 *Tertia* fallentia est in Milite *l.* 1. *Cod. de Jur. & fact. ign. & l. regula est.* §. *si filiusfam. ff. eod.* Jac. Menoeh. *de Præs.* 23. *n.* 18. Nicol. Vigel. *Meth. Jur. Civ. Part.* 6. *L.* 24. *cap.* 3. *except.* 1. qui arma magis quàm jura scire te-
37 netur, *l. ult. Cod. de Jur. delib.* Limitatur tamen, nisi ipse sit Juris Civilis peritus *l.* 9. §. 3. *ff. de Jur. & fact. ign.* Cessante scilicet ejus causâ, propter quam illud privilegium concessum, & ipsum effectum cessare perhibetur; & notum est, Jura deceptis ac errantibus, non decipientibus & fallentibus succurrere. De Militum privilegiis vid. Georg. Achat. Enenckel, *de Privil. L.* 2. *privil.* 1. *n.* 20. *& seqq.*

38 *Quarta* fallentia statuitur in Rustico. Joach. Myns. *cent.* 6. *Obs.* 47. *n.* 1. Menoch. *de Præsumpt. L.* 9. *præs.* 23. *n.* 16. Andr. Gail. *d. Obs.* 48. *n.* 22. qui læsus restituitur, non quidem ex Privilegio, sed ex æquitate propter summam ejus simplicitatem & rusticitatem. Joan. Sichard. *in d. tit. Cod. de Fide instrum. ad l.* 14. *n.* 5. Menoch. *Arbitr. Jud. L.* 2. *Cas.* 193. *num.* 5. ubi plura affert rusticitatem excusantia.

39 Fallentia *quinta* ponitur ab Interpretibus, si tale Jus quis ignoravit, quod neque ipse scire, neque ex JurisConsultis, quorum copiam habuit, cognoscere potuit, *L.* 9. §. *sed juris. ff. de Jur. & fact. ign. l. in bonorum* 20.

in

in fin. ff. de Bonor. possess. Vivius *L.* 1. *Commun. opin. verb. ignorantia.* §. *Leges sacratissimæ.* Diximus, quorum copiam habuit: Quod intelligitur, si neque hi peritiam juris hujus positivi habuerint. Quod si verò peritiores 40
quis non consuluerit, quos tamen habere potuit, non excusatur ejus ignorantia. Vid. Nicol. Vigel. *Meth. Jur. Civ. P. 6. L. 23. cap. 3. except. 1.* ubi plures alias Exceptiones circà ignorantiam posuit.

Porro absens Reipubl. causâ & ignorans, post lapsum tempus anna- 41
le restituitur. Casp. Mantz. *d. Tract. de Restit. in Integ. tit. 3. n. 1. & seqq.* cujus causa est justissima. Ulpian. *in l. 1. in princ. ff. Ex quib. caus. major.* Hoc 42
Beneficio gaudet omnis ex aliâ justâ causâ absens. Vid. Casp. Mantz. *cit. loc. n. 11. cum seqq.* limit. & ampliat. quam plurimis *ibid.* allatis. Præcipuè verò excluditur ignorantia affectata vel verisimilis. Andr. Gail. 2. *Obs.* 48. *n.* 18.

Notandum verò venit, præcedentia omnia intelligi de Ignorantiâ 43
excusabili, & ex jure positivo resultante; secus est, si quis versetur in Ignorantia Juris Divini, seu Naturalis. Ignorans enim in Jure Divino versatur circà ea, quæ præceptis divinis constant, ac à Domino Deo ordinata. In Naturali peccat, qui principiis naturalibus & immutabilibus resistit, ac ignorat, quod ab ipsâ naturâ ingenitum, & mentibus humanis inscriptum est. Georg. à Widm. *Colleg. Pand. L. 22. tit. 6. num.* 17. Joann. Coras. *Miscell. L. 4. cap. 16. n. 5.* à quâ ignorantiâ nemo excusatur. *l. leges sacratissimæ. Cod. de LL.* Neque ea præsumitur, etiam in prædictis personis alias exce- 44
ptis, ut rustico, milite, muliere, minore, &c. Jac. Menoch. *d. præsumpt. n.* 23.

Ulterius circà Restitutionis materiam notandum, etiam quadrien- 45
nio continuo terminari, *l. fin. Cod. de Temp. in integr. restitut. clement. 1. de Restit. in integr.* Casp. Mantz. *d. Tract. tit. 3. n. 225. & seqq.* quod in Minore incipit, factâ majorennitate *l. fin. Cod. de Temp. in integr. restit.* in Majorenne à tempore scientiæ. Mantz. *praced. Quæst. 13. n. 196. limit. 3.*

Tempus, quod anni & diei spatio currit, ut ad tempus reverta- 46
mur, *an etiam currat in Venditione nullâ?* Quæstio est, quam proponit Tiraq. *in* §. 1. *Gl.* 2. *n.* 5. quam etiam *n.* 10. resolvit. Et certè si venditio manebit nulla, nullus erit Retractus, nullumque currit tempus, nec de jure præstari debet Laudemium, secundum Joan. Fabr. cum multis *ibid.* apud Tiraq. *num.* 7. recensitis. *Quid si ex post facto Venditio ab initio quidem nul-* 47
la re convalescat? Tunc Consanguineus admittendus, & supponitur, quasi modò vera Venditio facta, quæ ab initio propter defectum v. g. solennitatum, pro nullâ habebatur.

Alia se præbet Quæstio, *quando scilicet controversia oritur super Con-* 48
tractu, Traditione, aut facultate Vendentis, utrū tempus currat statim à Con-

tractu

tractu inito? Ad quam, cum Henr. Zoës. *n.* 119. respondemus: antè litis eventum nunquam tempus currere, quippè quod prius vera alienatio dici non possit, nec manus mutata, *l. quamdiu.* 5. *Cod. Qui admitt. ad bon. poss.* quamdiu litis eventus dubius & in certus *Text. & DD. in l. quod debetur.* 51. *ff. de pecul.* Theod. Reinck. *Qu.* 7. *num.* 276. *& seqq.*

49 Ementi fundum, aream, pratum, agrum, hortum &c. Retractui obnoxium, intrà tempus annale in aliam formam mutare, ita ut pratum in agrum, ager in hortum vertatur, non licet, sed Emptor res emptas in statu tali prout ei traditæ, sustentare debet. Ratio prioris est, quod Emptor certus & irrevocabilis Dominus rerum earum nondum constitutus. Sic quandoque etiamsi quis rerum suarum sit plenus Dominus, nihilominus nec propriam immutare licet; Exemplum est in Domino areæ, in quâ stetit domus, hanc absq; speciali Magistratus concessione in hortum transmutare nequit,
50 per *l. express.* 6. *Cod. de Ædific. priv.* Intrà tempus Retractus prohibuit spe-
51 cialiter Ordin. Solm. *tit.* 12. §. wann einer einen Grundt-Platz ꝛc. Pœnam in mutantes ædificia constituit Chur-Bayrische Lands-Ordnung *tit.* 16. §. wo zu Zeiten. in verbis: die Wohnhäuser ohne Vorwissen der Obrigkeit / zu unnöthigen Plätzen zu verwenden und zu gebrauchen / und also gar in Abgang kommen zu lassen bey sonderbahren Straffen / so gegen den Ubertrettern / nach Gelegenheit der Verwürckung vorzunehmen ꝛc. Multô magis subditi, coercendi, ut collapsas domos reædificent, aut vendant, *l.* 46. *ff. de Damn. infect.* Casp. Klock. *de Ærar. L.* 2. *cap.* 18. *n.* 21.
52 Extenditur prohibitio mutationis in Servitutibus. Sic Dominus fundi servientis veterem formam ejus, quo usus servitutis debitæ impeditur, mutare non potest. argum. *l. si eo loco.* 9. *in princip. ff. de Servit. præd. rust. l. si*
53 *manifestè.* 7. *Cod. de Servitut.* Sic ex pascuo agrum frumentarium facere Dominum prædii servientis non posse, idcircò quod noceat his & similibus mutationibus Domino jus pascendi habenti, docent Casp. Manz. *Tr. de Servit. rust. præd. Tit.* 3. *n.* 307. Jo. Schneidw. *ad Princ. Inst. de Servit. præd. urb. & rust. n.* 33. 34. *&* 35. Modest. Pist. *Cons.* 14. *Q.* 1. *n.* 9. Casp. Klock. *Cons. adoptiv.* 70. *n.* 145. *& seqq.* in specie verò *n.* 151. *&* 172. *v. quæ verò hactenus.*
54 Cæterum Retrahens omnia Emtoris pacta inita adimplere tenetur. *l.* 23.
55 *ff. de Reg. Jur. L.* 10. *Cod. de pact.* Theod. Reink. *Q.* 8. *per tot.* Demum ultimo die, imo horâ ultimâ Retractus adhuc conceditur, quod clarè explicat particula *intrà,* inner Jahr und Tag. *per l. si quis sic dixerit.* 133. *ff. de verb. sign.* Carpz. *p.* 2. *Const.* 32. *def.* 2. Et hæc de tempore etiam dixisse sufficiat.

MANTISSA.

MANTISSA.

I.

WIr Heinrich von GOttes Genaden / Abt zu Fulda / bekennen an diesem gegenwärtigen Brief / und thuen allen kund / die ihn sehen oder hören / daß vor Uns am Gericht gemein gefragt und getheylt ward / also; wo ein Mann ist der Lehen hatt von Unserem GOttes-Hause / und lässet die Erben beyde Söhne und Töchter nach seinem Todte / daß die Lehen billig und rechter fallen und folgen sollen den Söhnen dann den Töchteren. Wann aber die Söhne nicht lang mit seynd / gehören dann die Töchtere zu dem GOttes Hause / von deme die Lehen rühren / so mögen sie wohl besitzen / ob sie es an der Herren Gnaden finden und behalten. Diß ward gefragt Herr Heinrich von Bimbache / ein Dienst-Mann unseres GOttes-Hauses / bey den Hulden / und Wiegand Hörter / ein Schöpff zu Fulda uff den Eyd / und ward von ihnen beyden getheylet / wie vor gesprochen ist / und ward auch gedenckt / gemeiniglich von Dienst-Manne / Ritter und Schöpffen / die da gegenwärtig waren / dieses geschach vor Uns / den Edelmann Gottfried von Ziegenhayn / unsern Vogt / Herr Marquard dem Dechand / Herr Wiegand dem Thum-Probst / Siegfrid / Chunrade und Drabato von Eysenbach / Heinrich von Eberstein / Geysen von Ebersbergk / Dienst-Manne unsers Gottes-Hauses / Bewenold und Hettwig und Bartol von Leuter / und anderen Ritter und dann Schöpffen von Fulda / und anderen Biedermann Leuten / und geschach in dem Jahr nach GOttes Gebuhrt des 1292. Jahr / am Montag zu uffgehend der Oster-Wochen / und haben unser Insiegel zu einem Urkund dieses an diesen Brief gehangen.

II.

Sequitur aliud *Abbatis Ioannis*, de Anno 1403. quod tamen integrum haberi non potuit.

- - - ZUm öftermahl erkennt / wo Fuldisch Lehen getheylet / gestöcket und gestammet worden seyn / und daß förder jegliches sein Theyl

der Lehen empfähet/ und trägt/ gehet dann von Todes wegen eines abe/ und läst nicht rechte Leibs-Erben/ daß Söhn seynd/ und läst Töchter/ so sind die Lehen mit recht uff die Töchter gefallen/ und gestorben/ als daß von Alter nach Fuldischem Lehen-Recht und gewohnlichen Herkommen// am Mittwochen nach Marc. Evangelistæ Anno 1403.

III.

Rescriptum *Abbatis Ioannis* ad Electorem & Ducem, Saxoniæ Anno 1503.

DEm Hochgebohrnen Fürsten/ Herren Fridrichen/ des Heil. R. R. Ertz-Marschallen/ Chur-Fürsten/und Herrn/ **Joannes**/ Gebrüdern/ Hertzogen zu Sachsen rc. rc.

Hierauff der Warheit und Billigkeit zu steuer fügen Wir E. L. freundlich zu wissen/ daß an Unser Stiffts Lehen-Hoff und Manngericht/ Gewonheit und Recht/als das von Unseren Vorfahren seeligen Gedächtnuß/ auff Uns und bey Uns noch in Ubung herkommen/ auch offtmahls zu recht erkant und gehalten ist/ daß Fuldisch Lehen/die nit sonderlich Burgk-Guth oder Burgk-Lehen genant/ auch nit durch Burgk-Fried oder andere Verträge verbunden/ sonderen die Erb-Fälle an sich selbsten frey seyn/ erben die jüngsten Personen von Geblüth oder Sipschafft/ beyde Männlich und Weiblich Geschlecht ohne Unterscheid/ rc. rc. Geben in Unser Stadt Fulda Donnerstag nach Exaudi Anno 1503.

IV.

Aliud *Wolffgangi* ad Invictissimum Imp. Carolum Vtum 13. Augusti de Anno 1551.

Allergnädigster Fürst rc. rc.

AM Donnerstag den 6ten Augusti, ist mir E. K. M. Commission zukommen/ darinnen E. K. M. mir zu verstehen geben/ wie E. K. M. uff den 15. des Monats Januarii, und dann den 14. des obgenantes Martii auch jüngst verflossen; in Sachen weyland Landgraff **Wilhelm** des jüngeren Landgraff zu Hessen/ nachgelassener Erbschafft/ belangend/ darinnen der Wohlgebohrne Unser besonder lieber Freund Herr **Wilhelm** Graff zu Nassau und seine Mitverwanden als Kläger eines/und dann der Hochgebohrne Fürst/ Herr **Philipp** Landgraffe zu Hessen mein auch be-

sonder

sonder lieber Herr und Freund als Beklagter anders Theils/für E. K. M. gegen einander schwebenden/ in Puncten des Dorffs Massenheim und des Gerichts H. auch deren Stadt und Gerichts A. sampt dem Renthoff/und die zugehörigen Dörffer betreffend/ zu recht erkent haben; so die Klägere zu recht darthuen und erweisen wollen/daß im Stifft Fuld Recht/Brauch und Gewonheit seye: daß die Lehen so uff die Söhne/ und den Mannlichen Stamm/ nicht benantlich verliehen werden/ nach Absterben eines Bruders/ uff die nechstgesipte Erben Weiblichs Geschlechts/ also erben und fallen/ daß sie die Agnaten/ so von dem Stamm des ersten Acquirenten herkommen/und dem Verstorbenen in der Sipschafft weiter verwandt/ außschliessen/ daß sie darzu gelassen werden sollen rc.

Hierauff auch der Warheit und Billigkeit zu steuer thue E. K. M. ich unterthänigst zu wissen/ daß meines Stiffts alt Herkommen/ Gewonheit und Recht ist/ daß Fuldische Lehen/so nicht zu Mannlichen getragen/ oder keine Burgk-Güther seynd/ auch keine Burgk-Lehen genennet werden/ noch durch verständige Burgk-Frieden/ oder andere kräfftige Verträge/ außgeschlossen/ sonder der Erb-Fall an sich selbst frey stehet/ des Verstorbenen nechste Freund und Personen von Geblüth oder Sipschafft beyde Weibliches oder Mannliches Geschlechts ohne Unterscheid erben/ daß auch in solchem Fall/ die Töchter oder Schwester den Agnaten und Vetteren/ so weiter in der Sipschafft dem Verstorbenen verwandt/ ohnangesehen daß er von dem Stamm des ersten Acquirenten ist/außschliessen/welch Fäll viel anzuzeigen währen/ daß alles wir E. K. M. insinuiren compulsorial zu gehorsammer Folg/ wie es an meines Stiffts Lehen-Hoffs und Lehen-Mann-Gericht als ein alt Herkommen und rechtliche Gewonheit gewiesen/ auch von meinen Vorfahren seeligen Gedächtnuß auff mich also in Ubung herkommen/ deßgleichen offtermahls in Recht erkent/ und zu deme uff Ansuchung ander Leuth hiebevor obgemelter massen an die Chur-Fürsten Pfaltz und Sachsen auch geschrieben seynd in Meiner Cantzley befunden ich nicht habe verhalten sollen rc.

V.

Sequitur aliud *Abbatis Ioachimi*, de Anno 1665.

VOn GOttes Gnaden Wir Joachim Abt des Stiffts Fulda/ des Heil. R. R. Fürst/ Römischer Kayserin Ertz-Cantzlar durch Germanien und Gallien Primas, Grafe von Graffegg rc.

 fügen

fügen hiermit allen und jeden denen dieser offene Brieff vorkombt zu wissen; Uns hat der Veste Unser lieber getreuer Valentin von G. in Unterthänigkeit gebetten / und ersucht / daß Wir ihme zur steuer der Warheit und Beförderung der heilsamen Justitien eine Urkund / was es umb Unser und Unsers Stiffts-Lehen / deren Natur Aigenschafft / Recht und Herkomen / vor eine Bewandnuß habe / in beglaubter Form mittheilen wollen: Demnach so bekennen urkunden und bezeigen Wir der Warheit auch Billigkeit zu steuer / daß Unsers Stiffs Herkommen Gewonheit und Recht ist / das Fuldische Lehen / so nicht zu **Mann-Lehen** geliehen oder **keine Burgk-Lehen genennet werden / noch durch beständige Burgk-Frieden oder andere rechtmäßige Verträge geändert /** sondern die Erb-Fälle an sich selbst frey seyn / daß letzt Verstorbene nechste Freund und Personen von Geblüt oder Siepschafft von dem ersten Acquirenten entsprossen / beyde Mann und Weibliches Geschlechts / doch mit diesem Unterscheid erben und succediren / daß wo der letzt verstorbene Vasall Söhne und Töchter hinterlassen / die Söhne denen Töchteren / in Ermanglung oder Absterben die Söhn aber die Töchter denen Agnaten oder Vettern so weiter in der Sipschafft der erst Verstorbenen verwandt (ohnangesehen daß sie auch von dem Stammen des ersten Acquirenten seynd) præferirt und vorgezogen werden. Hinterlässet der Verstorbene aber allein Agnaten Vetteren und Baasen disparis gradus, so succedirt / qui proximior est in gradu sivè mas sivè fœmina sit, si verò ejusdem gradus sint, omnes simul succedent, sivè mas sivè fœmina, doch daß sie von dem Geblüth des ersten Acquirenten herrühren / als welche des Verstorbenen übrige nechste Freund und Erben (da deren einige vorhanden wären so nit von dem ersten Acquirenten seynd) von der Lehens-Folge und Succession gäntzlich außschliessen. Daß alles weil es an Unsers Stiffts Lehen-Hoff und Lehen-Mann-Gericht / als ein Herkommen und rechtliche Gewonheit vor diesem also gewesen / auch von Unseren mitseeligen Vorfahren auff Uns in Ubung also herkommen / deßgleichen auch vor recht erkant / und in Unserer Cantzley befunden worden / haben Wir obgedachten Valentin von G. gebottener massen nit verhalten sollen / und zu dessen mehrerer Bekräfftigung Unser Secret-Insiegel hierahn wissentlich aufftrucken lassen. So geschehen in Unserer Stadt Fuld den 1ten May Anno 1665.

VI.

Atteſtatum aliud ejusdem *Abbatis*, de Anno 1667.

VOn GOttes Gnade / wir Joachim (tot. tit.) Fügen hiermit allen und jeden denen dieſer offene Brieff vorkomt zu wiſſen. Demnach uns der Veſte unſer lieber Getreuer Heinrich Philips von N. ſupplicando unterthänig zu vernehmen geben / was maſſen er mit einem von E. und deſſen Schwager von U. wegen eines von ihrer reſpectivè Schwieger und Mutter / dem Buchenau ſchen Mannsſtamm / zu gutem beſchehenen und nunmehr erloſchenen Verzichts am Fürſtlichen D. Hoffgericht in Proceſs gerathen / und ihme zu beweiſen aufferlegt worden wäre / daß wann ein Fuldiſcher Lehenmann / Söhne und Töchter hinterlaſſen / deſſen Söhne den Töchtern in ſucceſſione des Fuldiſchen Lehens vorgehen und die Töchter ausſchlieſſen thäten. Und darauff uns unterthänig gebeten / wir zu ſteur der Wahrheit und Beförderung der heilſamen Juſtitien ihme ein Uhrkund / was es dieſes Puncts halber umb unſer und unſers Stifts Lehen vor ein Bewandnüß habe / in beglaubter Form mittheilen wolten. Als bekennen urkunden und bezeugen wir hiemit der Warheit auch Billigkeit zu ſteur / daß unſers Stifts Recht / Herkomen und Gewohnheit iſt: wann ein Fuldiſcher Lehenmañ / gemeine Fuldiſ. Lehen / ſo nicht ausdrücklich zu Mannlehen geliehen oder keine Burglehen in dem Lehen-Brieff genent werden / ſondern die Erbfäll an ſich ſelbſten frey ſind / und da beneben Söhn und Töchter hinterlaſſet / die Söhne denen Töchteren in ſucceſſione ſolches Fuldiſchen Lehens vorgehen / und die Töchter ausſchlieſſen; nach Abgang aber der Söhne und deren Männlichen Deſcendenten die Töchter die übrige Agnaten männlichen Geſchlechts excludiren thuen: Welches weilen es an unſers Stiffts Lehenhoff ſich alſo zu ſeyn befunden worden / haben wir von obgedachtem von N. gebetener maaſſen nicht verhalten ſollen / und zu mehrerer Bekräfftigung unſer Fürſtlich Secret wiſſentlich hierunter drucken laſſen / So geſchehen in unſer Stadt Fuldt / den 20. Junii Ao. 1667.

VII.

Aliud *Bernardi Guſtavi*, S. R. E. Cardinalis de Baden, Abbatis Fuldenſis.

WIr *Bernard Guſtav* von GOttes Gnaden / der Heil. Römiſchen Kirchen Cardinal, Abt der Fürſtl. Stiffter und

Kempten ꝛc. ꝛc. Urkunden und bekennen hiemit offentlich: Als ex commissione der hochgebohrnen unser freundlich lieben Baasen **Marien Charlotten** Gräfin zu J. und B. gebohrnen Gräfin zu E. und Frauen zu B. Krafft tragender Vormundschafft durch dero Sohn/den auch hochgebohrnen/ unsern freundlichen lieben Vetteren und Getreuen/ **Friederich Wilhelm Otto**/ Grafen zu J. und B. uns unterthänig vortragen lassen/ welcher gestalt weiland Graf **Wilhelm Otto** zu J. seelig/ ab intestato verstorben/ und keine nähere Erben und Successores hinterlassen/ als seines vollbürtigen Bruders weiland Graf **Wolffgang Henrich** zu J. Graff **Johann Ludwig** von J. O. und seyn **Friedrich Wilhelms** Vatters Graff **Johann Ernsten**/ als des verstorbenen Graff **Wilhelm Ottens**/ von einem Vattere/ und zweyen Mütteren erziehlten halben Bruder/ und dahero uns unterthänig ersuchet/weilen unter solcher Successions-Strittigkeit die Fuldische Lehen mit begriffen / wie es Ratione duplici vinculi bey unserem Lehenhoff gehalten/ und ob in diesem J. von Stifft zu Lehen währenden Güthern ein vollbürdiger Bruder in obgedachtem Successions-Fall/ einen von einem Vatter und zweyen Müttern gebohrnen Bruder ausschliessen könne/und was in solchem Fall unsers Stiffts Lehen-Art/ Natur/ Eigenschafft und Gewohnheit seye; zu Beförderung der heilsamen Justitz ein beglaubtes Attestatum mitzutheilen; Als bekennen und bezeugen wir der Wahrheit auch Billigkeit zu steuer/ daß bey unserem Fuldischen Lehenhoff jedesmahl und in allen Fällen denen gemeinen bürgerlichen Rechten oder Juri Civili nach gesprochen wird/ wo nicht ein andere Lehens-Art und Natur/ Recht und Gewohnheit bey unserem Lehenhoff Juri communi Feudali zugegen introducirt und observirt worden ist/ dieweil wir nun in unserer Lehens-Repositur haben nachsehen lassen/ und befunden/ daß des vinculi duplicitatis halber keine absonderliche eigene Observantz vorhanden/so bezeugen wir hiemit/ daß deßwegen/und in diesen und dergleichen Successions-Fällen denen Communibus Juribus Feudalibus nachzusprechen/ die Duplicitas vinculi in keine Consideration zu ziehen/ folglichen Graff **Johann Ernst**/ und nunmehr seine Söhne in denen Fuldischen/von weiland Graff **Wilhelm Otten**/ besessenem J. Lehen/ beneben Graff **Johann Ludwigen** zuzulassen und zu admittiren seye: Zu dessen mehreren Urkund und Bekräfftigung haben wir neben eigenhändiger subscription unser Fürstlich Insiegel hieran wissentlich auffdrucken lassen. So geschehen in unser Stadt Fulda den 30ten Decembris Ao. 1675.

IIX.

IIX.

Sequuntur Præjudicia quædam.

IN der Rechtfertigung zwischen Frauen Walburgen von B. und anderer in actis benennten Wittiben von H. Curatoren/ und deren mit Kriegs-Verwandten/ Klägern/ eines gegen und wider Wilhelm von M. an statt Frauen Sybillen/ seiner Haußfrauen / auch gebohrnen von H. und dann weiland Joachims von H. seelig hinterlassenen Töchter Vormünderen Beklagte anderes theils einen in actis angezogenen und von Geusen von H. seelig herrührenden Erbfall betreffend/ cassiren erstlich Fürstl. Fuldischen Urtheiler und Hoffräthe / die den 20. Decembris Ao. 1576. inbrachte Atter taten-Klage/ samt aller des Puncten halber geübete Handlung/ und erkennen ferner in der Haupt-Sachen/ auff Klage/ Antwort/ Kriegs-Befestigung / geführte Beweisung und alle andere daraus erfolgte Recht-Sätze zu Recht / daß ermeldten Beklagten nit geziemet und zugestanden habe/ den Kläger ihren gebührenden Antheil an ermeldtes Geusen ihres Vatters und Eller-Vatters seligen Nachlaß vorzuenthalten/ sondern daß sie daran unrecht gethan / und derhalben denselben Antheil / das ist einer jeden Geusen von H. seeligen Tochter oder deren abgestorbene Kinder/ an statt ihrer Mutter/ doch uff vorgehende Inwerffung ihres empfangenen Heurath-Guts/ einen viertentheil / samt allen von Zeit an der Kriegsbefestigung eingenommener Nutzung zuzustellen und inzuantworten schuldig seyen / immassen Urtheiler und Hoffräthe durch diesen ihren Rechtspruch/ darzu sie schuldig und pflichtig/ erkennen/ und die in dieser Sachen aufgelauffene expens aus bewegenden Ursachen gegeneinander ꝛc. ꝛc.

IX.

Confirmatori- Urtheil /

Mercurii 20. Aug. 1589.

IN Sachen Hans Joachims von H. hinterlassener Töchter Vormund und Consorten Appellanten eines/ wider Cyriax und Danielen von R. & Consorten Appellaten anderes Theils / in specie gedachte Vormünder belangend/ seynd die Gravamina den 9ten Martii 1581. einkommen/ als unerheblich/ nit sondern die Sach von Amtswegen vor beschlossen angenommen / darauff und allem Vorbringen nach zu Recht erkennt / daß durch Richter voriger Instantz wohl geurtheilet / / übel

davon

davon appellirt / die Gerichts-Kosten derhalben auffgelauffen / aus bewegenden Ursachen gegeneinander compensirend und vergleichend. 2c.

X.

Aliud.

IN Sachen weiland Johann L. zu Steinfurth / jetzo seiner nachgelassenen Kinder Vormund Johann Daniel von B. und Johann Marquard von R. Kläger / entgegen und wider / auch weiland Curth Hermann von B. nunmehro aber Wolff Diedrich seines Sohns nachgelassenen Töchterleins / und dann auch gedachten Wolff Dieterichs Geschwisters / Vormünder in actis benamt Beklagte / seynd die den 15. Jun. Ao. 1588. und den 25. Oct. nähest verschienen 1593. Jahrs beschehene Beschluß von Amtswegen hiermit rescindiret / und darauff erkennt: Können und wollen gedachte Beklagten / wie sich in Recht gebühret / darthun und beweisen / daß bey dem Stamm B. ein solche Consuetudo und Gewohnheit seye / Krafft der Töchter / so lang in einer Linien desselben Stammes Söhn vorhanden / neben denselben zur vätterlichen Succession nit gelangen mögen / sondern sich mit ihrem Brautschatz / Kleidung / Geschmuck und Kleinodien sättigen lassen müssen / daß sie zu solchem und auch Klägere ihrer Nothdurfft nach / hierauff weiters zu handlen gelassen werden / und dann dermaß ergehen soll / was Recht und dieses Gerichts-Ordnung und Brauch ist. Lecta & public. Lunæ. 4. Martii Anno 1596.

XI.

Aliud.

AM Donnerstag nach dem Sonntag Cantate Ao. 1486. ist diß hienach geschrieben / zu recht gewiesen. Nachdeme Dorothea von H. Hansen M. Haußfrau / Freund von H. seelig natürlich-eheliche Tochter gewesen ist / haben wir mit unseren Räthen erkent / und erkennen in Krafft dieser Schrifft zu recht / daß Hans M. von deroselben seiner Haußfrauen wegen / nach Fuldischer Lehen Gewonheit und Herkommen / zu dem angeklagten Fuldischen Lehen / die Freund seel. besessen gehabt / und gelassen hat / der näheste Erbe ist / ausgeschieden / was Freund seel. Fuldische Burgkgüter gehabt hat / darzu ist Andres von H. nach Fuldischen Burgkgüther Gewohnheit / von Freunds seeligen Tochter für den Nächsten erkennt / 2c.

O. A. M. D. E. B. V. M. H. E. G.

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Welle, Karl Joseph

Diss. inaug. iur. de praelatione in rebus alienatis ex iure retractus, praecipue iuxta consuetudines Fuldenses considerati

Gissa 1712

4 Diss. 856#Beibd.26
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10668451-9
VD18 15183106-001